

1701.

Lam uulband

00 Pa

1. Rudolphii a Buerau Oratio de vera nobilitate, Budiss. 1606.
2. lo. lac. Freieslebii Diss. de Nobilitate. R. Aut. Georg. Bernh.
von Eitzen. Erf. Jan. 1663.
3. Ern. frid. Schroederi Diss. de Nobilitate, R. Aut. Io. Sigism. a
Dalcorte 1654. len.
4. Jo. Wilh. Poebel Diss. de statu Nobilit. Germanicæ. R. Aut.
cmt. Henr. v. Elterden, Helmest. 1719.
5. Conr. Sam. Schurzleisch Diss. de Nobilium insignibus, R.
lul. Abt. a Rohr. Pöbel. 1671. **Tenzelt**
6. Jo. Balth. Chariotti Diss. de Torneamentis Germanor. R. Aut.
ad. Georg. a Schleben Jr. ad Vladr. 1651.
7. M. Gieß. Gilmann Diss. de Torneamentis imprimis Germanicis
R. Chri. Gottfr. Schmidt Lips. 1724.
8. Burc. Gottfr. Strubii, Diss. de iudiciis heroicis, non fons sapientie,
R. Aut. Chri. frid. Poebel. len. 1721.
9. Bac. Theop. Sackei Diss. inaug. de probatione per insignia
et arma gentilicia, v. Elterd. 1716.
10. lo. Pet. Ludewig, Diss. non videntur. Cr. l. R. Jo. Chri. Eckard
Hal. 1718.
11. Nic. Hieron. Gundling Disquis. an nobilitet venter & R. lo. lac.
Sulzb. C. Hal. 1718.
12. lo. Henr. Chri. de Selchow Diss. de matrimonio nobilis cum
vili et turpi persona, prefatim rufica, R. Lud. Reinh. Rech
Götting. 1635.
13. Sigism. L. B. de Bibran Diss. de luce Baronum, Hal. 1696.
14. Casp. Etat. Beck, Diss. de vera indele feudi & officii Nobiliti. R.
ad. cmt. Steijer. len. 1722.
15. Jo. Sam. frid. Boehmer, Progr. de spuria filiarum nobilium a
successione exclusarum legitima. Hal. 1725.
16. Chri. Gott. Buder Diss. De dote et vitalitio filiar. illarum
et monialium nobilium, R. Aut. Christoph. Conr. Wilh. Fr.
derici. len. 1724.
17. Sam. Argyessi Diss. de vidua nobili Marchica, R. Aut. Gottfr. fidei
non videntur. Cr. ad Vladr. 1679.
18. Ern. Tenzelti Diss. non videntur. R. Jo. Henr. Alain.
Erford. 1724.
19. Jo. Georg. Juncker Memoria Natalitiorum Fec. Waitzii, nobilita.
tisq; Waitziorum in Hungaria, len. 1713.

22. X. 1870.

D. A. G.

DE

PROBATIONE

PER

IN SIGNIA ET ARMA GENTILITIA

INCLYTAE

FACVLTATIS IVRIDICAE AVTORITATE

ET

BENEVOLO PERMISSV

D. IVNII A. MDCCXVI

IN AVGVRALITER

DISPVTABIT

IACOBVS THEOPHILVS LINCKIUS.

ALTDORFI NORICORVM

EX QVDIT IODOC. GVIL. KOHLESIVS ACAD. TYPOGR.

9



PROPOSITIONE
ANALYTICAE
ALIIS
HODICIS
IN
THEOREMATA
PRIMUM
TITULUM
IN
PLATEA
WCOPIAS THEOREMATICAS
PROPOSITI ANALYTICOS
ET HODICIS IN PLATEA

PRAEFATIO.

DVm basce plagulas publico eruditorum exa-
mini subjicio , dum partum enixum cultro
censorio trado , nec vacillante id per ago ca-
lamo , nec tetrici Censoris benevolentiam
mibi expeto . Periti enim Viri monitis erudiri , eſt , quod
gratiam mentem reponit , rudit sermonibus plebis exagi-
tari , tantum abeſt , ut mibi bilem mo-veat , ut potius si-
mili omnium succumbere fato , honori mibi ducam . Ag-
gressus sum materiam ob subtilitatem & amplissimam
Scientia Heraldica campum satis equidem difficultem , sed
qua difficultatem rerum , quas complectitur varietate &
jucunditate compensat ; & qua eo magis se commendat ,
quo majorem bodie ejusdem usum reprehendamus . Inter
scientias politicas si non primarium , tamen proximum
locum sibi vindicat . Juris Publici scientiam doctrinæ
fundamentum elegantioris haud sibi quisquam acquirere
poterit sine Heraldica artis cognitione , quum banc orna-
re & adjuvare illam scribat Vitriarius de Adminic J. P.
Brunnem . Prud. J. P. Juris privati cognitio firmior eſt ,
qua Romanarum dignitatum , insignium & aliorum day-
patorum notitia suffulta , ut , ceu Historiae & Chronologie ,
Habnio id testante in oratione de Vſu Historiae & Chro-
nologie in J. Privato , ita & Heraldica insignis appa-

PRAEFATIO.

reat usus. Nostris temporibus hæc illustribus personis fere propria scientia tanto store viret, ac insignia decora familiarium decora, præclarorum facinorum præmia ita familiis chara redditum, ut quæ loca illustria, ea insignium ornatu honorata existant, Et optime hoc spectent Poetæ Versus :

Nulla suis sine te quæretur gloria rebus.
Quos dies aula cognoscit festivos, Et quos sletatos, hos insignibus suberbire scimus, cum vitæ mortisque fidi existant comites. Sic in funerum conductibus insignia moriori inserunt, Et castra doloris, quæ Gallis chapelles ardentes audiunt, armis affixis de splendore generis teßantur, sepulturis insculpuntur, epitaphia exornant, affixo proximis parietibus templorum armario honoris, cabinet d'armes dicto, in medio nempe suspenso sago aut scuto militari equitum, galea cimmerio Et lacinis decora, a latere gladio Et chirothecis positis, Et ceu nostra quoque bis superbit Ecclesia, quandoque imo auratis additis calcaribus. Est ergo avite gentis gloria insigne, Et præclaræ famæ testis, quæ avis atavisque celebres a plebe separat, ut tam necessaria sit illorum, quam utilis per illa probatio. Gloriosa res est illustri sanguine nasci, gloriosius illustris sanguinis repugna demonstrare. Demonstrant hæc vetustæ literæ ac documenta, quibus vel insignium sit mentio vel plena illorum concessio, hoc egregie præstante Hundio in Bayrischen Stammbaum T. III. MS. Et Illustri Comite de Wurmbrand in collectaneis Genealog. Histor. ubi attestata Et litteras vetustissimas, quibus Rapper de Rosenbaz, cum illi quæstio status moveretur, insignia sua probavit, exhibet, quæ ob canæ vetustatis monumenta lectu dignissima, quibus juntantur, qui specialius de armis familiarium scripsere, ut Pro-

PRAEFATIO.

Professor Lipsiensis Trier in dissert. de insignibus regni Polonici, Weberus in dissert. de titulis et insignibus Hassiacis. Arguunt porro insignia Veterum sigilla, quæ gentilitia plerumque ostendunt arma & hoc modo Beumann in der Anhaltischen chronic ex sigillis arma probavit Anhaltina, Tenzelius in Saxonia Numismatica eleganter praesitit & Heineccius eruditiss. tr. eruditæ viam monstravit. Ostendunt nobilium arma picturæ in Ecclesiis locisque publicis inventæ, qua via eiiam Hundius in al. usus, alios ut sicco pede transeam modos, quos uberiori reservamus deductioni. Huius meæ dissertationi, quam more consueto publico tradere obligatus fui, insignium frequens usus & sapienter occurrens illorum præsentia ansam dedit, qua probationem per insignia exhibeam, & illa non vanæ ostentationis sed & aliorum notabiliorum effectuum causa sapientias depingi, demonstrabo. Tu interim, bene vole Lector, nostris favæas ausibus, & scias me non novorum scriptorum more ceu Livius de his ait, aut in rebus certius aliquid allaturum, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturum credere, sed firmiter me persuasum esse, quo viliora eo amœniora fore, quum proprio Marte hæc exarata appareant insignia. Multa reperies ob brevitatem obscuræ, quæ digna fuissent, ut penitus explanentur, sed non omnia dissertatione capere potest, hæc tibi interim promulgatis loco inserviat. Si quæ falsa, si quæ duriora dictu invenies, scias prima sequentem honestum esse in secundis tertiusq; consistere, & in præstandis rebus, Tullio teste, magna ea esse, quæ sunt optimis proxima. Tu interim hanc quam mibi præstas veniam, in tuis ab aliis iterum olim expectes. Favæ.

A 3

PARS

PARS GENERALIS.

CAP. I.

de

Probatione in Genere.

§. I.



Nimam processus & substantiam iudicij in probationibus consistere haud dubitandum est; secundum L. 30. in f. ff. de tut. test. & arg. Clem. Sæpe verb. non sic de V. S. Zanger de Except. P. I. c. 2. n. 25. Berlich. P. I. consol. 36. Hinc Sacra-
tissimus Imperator in L. 4. C. de temp. &
repar. appell. probationem lumen veritatis appellat. Aut enim
Juris questio agitur, statusque causa legalis, quæ questio pro-
prie JCtorum est, & ad Juris pertinet scientiam, aut questio
facti ventilatur, & status causa conjecturalis, ubique probatio
a Jure maxime requiritur. Quemadmodum alias JCto si-
ne lege loquenti haud est credendum, sic nec partibus
in judiciis quicquam asseverantibus fides ulla habenda,
nisi probationibus veritatem doceant, ne ipsis non
tam jus, quam veritas facti deficiat. L. 30. ff. de tut. test.
C. solennit. 16. dist. 1. de Consecr. L. 12. 16. C. de Prob. Quam
ob rem nullitatem processus, omissa probatione committi affir-
mandum esse reor, cause enim cognitio requirit, ut judex ex
actis & probatis intelligat fundamentum rei gestæ, arg. L. 9.
C. de judic. & se se in facto informet, quo denique sententiam
pronuntiare queat; absque hac informatione judex, cui nil con-
stat, nil decernerç potest. Stephani de officio judic. L. 5. f. 18.

L. I.

DE PROBAT. PER INSIGNIA ET ARMA GENTILITIA.

*L. I. de condic. ob turp. caus. Stryck. in Intr. ad Prax. c. I.
§. 14. Carpz. proc. tit. I. art. I. n. 29. Quicquid etiam
contra fremit Vantius de nullit. proces. ex def. proc. n. 37. p.
m. 535. Matth. de Afflictis decis. 47. n. 2. injustam dun-
tax sententiam sine probationibus esse statuentes, utpote con-
tra jus litigatoris solummodo conceptam, nam etiam contra jus
constitutionis talem sententiam ferri, allegata Clement. Sep. de V.
S. satis arguit, licet nullitas processuum hodie vix amplius & qui-
dem optime attendatur O.C.p.3.1.34. in princip. Brunn. Process.
eiv. c. I. n. 27. Noctus igitur Athenas ferrem, quod si in
ulteriori demonfranda vi ac *etia* probationum in judiciis per-
gerem, quum neminem hoc fugere debeat, qui vel a limine
Jurisprudentiam salutavit, & prolixius satis Mascardus de Prob.
*V. I. qu. 1. & Pacian. de Prob. L. I. c. 5. §. 2. necessitatem pro-
bationum deduxerint.**

*S. II. Methodica ratione processuero Justiniani in L. I.
pr. de f. & f. & veterum JCTorum, in primis Vlpiani, cui e re esse
videtur, pauca de significatione ipsius titulireferre priusquam ad
verborum significationem perveniantur, vocabulum probatio
excutere mihi incumberet, sed inani labore abrupto, vocis onoma-
tologia in Mascard. tr. de prob. V. I. qu. 3. satis pertractata, & in
omnibus Digestorum commentariis, ad naufragium recocta, id so-
lum adhuc monendum esse puto, probationis verbum accipi vel
latissime, omni allegatione probationis vicem subeunte Pacian.
*L. I. c. 4. n. 6. Vultrei. de judic. L. 3. c. 7. p. m. 564. vel late pro
qualicunque fidei ostensione judici facta per L. 3. 4. C. de prob.
Hahn. ad Welschb. tit. de prob. n. 2. Lauterb. coll. maj. cod.
tit. §. 2. vel stricte pro probatione per testes, & instrumenta.
cap. forus 10. X. de V. S. verb. tensa L. 22. C. ad L. C. de
de Fals. arg. c. 10. X. de fid. instr. L. 11. 15. C. de fid. instr. L.
25. p. ff. de Prob. & praf. in quibus textibus legitimae indu-
bitatae probationes dicuntur. Hac vero acceptione vocis rite per-
penfa**

pensa, quæ tot librorum folia implevit, corruit insignis de speciebus probationis J^Ctorum controversia.

§ 111. Definitionem Probationis quod concernit, decem recenset *Pacianus L. 1. c. 3.* quæ ceu nonnullis placuere, ita & ab aliis iterum reprobatae. Mihi inserviat descriptio, quod sit actus, quo litigantes judici de re dubia per argumenta fidem faciunt. Illis etenim, queis verbum, argumenta, bilem movet, quia argumentum ab arguto invento dictum sola investigatio ne veritatem invenit. Bald. *in rubr. C. de prob. L. 74. s. 1. ff. ad S. C. Trebell. L. 13. s. 5. ff. de jurej. Menoch. L. 1. pref. qu. 6.* & quibus distinctio ostensionis per argumenta & probationis per testes & instrumentum *in L. 22. C. ad L. Cornel. de Fals. & cap. forus 10. X. de V. S. adhibita ambiguum rem reddit, liceat mihi objicere, nil novum esse in jure nostro, exigente id natura rerum & loquendi consuetudine, ut verba modo generaliter, modo specialiter accipientur. Argumenti vox latius sumta omnino hic quadrat, ut *in L. 1. s. 1. ff. de quest. L. 3. C. eod. & acceptio L. 22. & cap. forus*, in quibus textibus divisio in probationem artificiosam & non artificiosam fundata ex §. præcedenti patebit. Licet denique vox rei dubiae dubitationem suppeditet, quum & clara rei ostensione probatio expediatur *per L. 8. s. 1. ff. fin. reg.* quæ vulgo evidentia rei in jure audit. Brunn. *proc. civ. c. 22. Pacian. L. 1. c. 44.* tamen nil foret probandum, si nil fuisse negatum, omne vero negatum est dubium. *L. 3. C. quib. ad libert. proclam. L. 42. ff. de hered. petit.* & judici est facienda fides *L. 12. in f. ff. de probat.* cui de omnibus rebus haud semper constare potest. Nec etiam opus erit, ut verba per instrumenta & testes adjiciantur, ceu voluit Duarenus *ad tit. de prob. c. 2. Perez. ad C. b. t. niam etiam alio modo rei dubiae ostensio fieri solet, nisi instrumentum accipiatur, ceu in L. 1. ff. de fid. instrum. in L. 99. s. 2. ff. de V. S. pro omni illo, quod causam instruit, aut probatio**

in

in sensu strictiori accipiatur vid. §. 2. quia illa proprie dicitur legitima. arg. L. 8. 3. ff. de condit. & demonst. quo textu verba inveniuntur, quod quis se filium patris sui non probare posset, scilicet legitimate per testes & instrumenta, licet presumptio juris & de jure pro eo militet L. 11. §. 9. ad L. Jul. de adult. L. 29. §. 1. ff. de prob. Non enim instrumenta conficiuntur, ait Mathæi de prob. c. 1. n. 43. aut testes adhibentur, si quis cum uxore consueverit sua, & Principem Gallicum de recenter nato quodam Regge dixisse ferunt: *Nous l'avons vu sortir, mais non pas entrer.*

S. IV. Divisio probationis optime sumitur ex Schola Aristotelica in ἐπεξεργασίᾳ & ἀντεξεργασίᾳ artificiosam & non artificiosam. Artificiosam est, ubi per argumenta vel necessaria, vel probabilitia aliquid deducitur, & hæc per argumenta probabilitia dicitur presumptio. Duaren. ad tit. de prob. cap. 4. quam speciem communem tam artificiosam, quam non artificiosam esse putat & non sine ratione statuit Pacian. L. 1. c. 4. n. 28. In recensendis vero speciebus, aut modis si mavis, non artificiosam probationis, haud convenienti JCTi, quum hic duodecim, ille tantum sex, ut Tancred. & Oldendorp. sibi fixerunt, vid. Mascard. vol. 1. qu. 4. Bald. ad L. 1. C. de probat. sequenti illas inclusit versiculo:

Vox, scriptura, Nomen Sacrum, Confessio Visus,
ad quas omnes alias referri posse putat; sed falsitatem demonstrat Salicetus ad L. 3. C. de prob. n. 4. Quum vero variantibus circumstantiis ex omnibus rebus probatio desumi queat, cur amplissimas probationes non artificiales certis limitibus coarctare velimus, nescio, in multitudinis enim numero indefinite loquendum est. arg. L. 1. §. 3. ff. de alegat. L. 15. §. 6. ff. de test. milit. L. 44. ff. de Leg. 2. & melius est modos omnes per se numerare. Inter has species probationis jurementum ac confessionem admittere simpliciter nolunt Duaren. c. 2. Emil. Ferret. in rubr. tit. ff. de prob. n. 9. & multi alii, quos

recenset Menochius L. 1. qu. 1. n. 34. Bachov. ad Treutler. v. 2. d. 4. th. 1. l. f. verb. *jurjur.* Mev. p. 4. decif. 6. rationes pro & contra allegat Gilken. ad tit. C. de probat. pral. n. 18. & sequ. sed totam controversiam allegata supra §. 2. acceptio probationis tolli posse firmiter sum persuasus. vid. Gilken. al. l. n. 25. verb. *summa igitur.* Ex hisce modis probandi quibusdam judici plenam facientibus fidem, quibusdam haud sufficientem orta est divisio in probationem plenam & minus plenam Mascard. v. 1. qu. 4. n. 11. cuius divisionis argumentum mire quoque agitatum fuit. Ad tantum etenim gradum pervenit Pyrrhoismus Juridicus, ut nil ferme, quod non sit dubium, & contradictrum inveniatur, ceu jam suo tempore conquestus est Justinianus *conf.* ff. *Deo aut.* §. 12. per contrarias interpretantium sententias totum ius pene conturbatum est, hinc in praesentiarum multæ plagulæ inutilibus maculari possent allegationibus, si fas esset vanam sequi gloriam Tiraquelli, pro sententia quadam centum & amplius Dd. testimonii adductis, hisce verbis suum subjicientis judicium. ut videoas, amice Lector, nil esse in jure nostro non ambiguum, ac disputationibus ac controversiis involutum, volo tibi totidem aut plures recensere, qui sunt in opinione contraria. Oppugnarunt supra memoratam divisionem Wissenb. disp. 43. ad ff. th. 3. Colleg. *Jur. Arg.* t. de prob. n. 3. Sed jam longo temporis usu haec in judiciis recepta divisio ab omnibus Dd. approbata & Ord. Crim. art. 30. confirmata exstat, num vero in Jure Civ. haec divisio sit fundata, dubitat equidem Beccman. in exercit. ad tit. ff. de probat. ad L. 21. sed ejusdem certitudinem evincunt L. 3. C. de rei vind. L. 3. §. 1. & 2. ff. & 12. de test. L. 4. 5. C. de prob. L. 3. C. de R. C. can. sitest. c. 4. qu. 2. & 3. & cap. in omni X. de test. & attest. vid. Stryck. de semiplena probat. c. 1. n. 21. Hacce de probat in genere præfari volui, ut eo melius haec probatio per ins. gnia

gnia innoteſcat; ad quas vero hæc ſpecies pertineat, iſpa tra-
ctatio recludet.

CAP. II.

de

Inſignibus in genere.

§. I.

DE Etymologica voci Inſignium acceſtione optima ex Hoepingii tr. de Jure Inſign. cap. 1. erit comparanda cognitio, ubi ſeptem variasque allegat acceſtiones, & eod. cap. n. 26. ſynonymicam explicationem addit, nec minus Stollii diſſert. eruditiss. de Artis Herald. orig. & nat. c. 1. per tot. cui ut jungatur Joh. Schefferus de antiquis regni Sueciae Inſignibus c. 1. ſedula ejus indagatio antiquitatis poſtulat. Notatur & culpatur a Laurentio a Valla omnium Scriptorum Zoilo, Bartolus, quod tractatuſ ſuo titulum de Inſigniis p̄fixerit, verum a doctiſſimis ac elegantię & puritatiſ lingue Romanę ſtudioſiſſimis ſic vocem uſurpatam fuſſe Hoeping. cit. cap. monſtrat, & arg. L. 10. ff. quemadmodum teſtam. aper. corroborari potest. Ceterum in textibus juris noſtri ſub Sigillorum voce etiam Inſignia veniunt. L. 19. §. 8. ff. de A. & A. Legat. L. 12. §. 23. ff. de instr. l. instrum. leg. L. 23. §. 2. de R. V. L. 13. §. 7. de Uſufr. L. 17. §. 9. de A. E. V. Commode diuidi poſſunt inſignia noſtra in inſignia offiſcialia, ſymbolica, gentilitia. Vocem etenim Inſigne pro ſigno dignitatis aut ornamen- to ſumtam olim fuſſe, teſtis eſt L. 2. pr. ff. de his, qui not. inf. L. 1. ff. de Off. Proc. & Leg. t. t. C. de veſſib. holob.. II. L. 1. §. 5. ff. de poſtu. maxime & paſcipue vero denotaffe ornamentiſ militaria comprobant. L. 2. §. 2. ff. de his qui not.

B 2

inf.

inf. Symbolice accipi posse ipsa vocis origo ostendit, quum notare & insignire synonime accipientur. Liceat mihi hic verba apponere Spellmanni in *Aphilog.* p. 2. *insignia dicuntur non tantum clypearum, armorum distinctiones, sed & nota omnes Imperii, munieris, societatis, dignitatis, vexillorum, etiam vestium, quin & uestes ipsa, signa & vexilla, & cuiuscunq; generis argumenta, quibus res una ab altera, aut multitudine invicem, aut aliis ab alio innotescat.* Aliis aliae placuere divisiones, interim omnes convenimus, hoc adhuc præmonendum duco, me de probatione per insignia acturum haud omnes species exhibitum fore, labore alias consuetum disputationis formam excedente, & ut toties Artis Heraldicæ fundamenta amplissima declarentur, requirente, sed in *Cap. I.* tractaturum probationem insignibus dignitatum & honorum & officiorum perficiendam, in *Cap. II.* probationem per insignia, signa aut symbola. in *Cap. III.* probationem per arma gentilitia instituendam.

S. 11. Quoniam vox insigne etiam imagine majorum in ædibus expositas denotat, & insignium loco sæpius imaginis voce utantur Scriptores, cum loco stemmatum & imaginum insignia gentilitia assumta fuisse incongrue licet statuant, conexitatis ratio suadere videtur, ut de imaginibus veterum quedam adjiciam. Tanta vero fuit apud Romanos imaginum cultura, ut etiam Deos imaginibus venerarentur, templa sua illis exornarent, & picturis ædes condecorarent sacras, sic Fabius celeberimus pictor teste *Thoma Guarzoni Piazza universale* p. 3. d. 18. in Salutis templo muros circumquaque pinxit; Ideo majora præconia tribuenda nostris proavis Germanis, de quibus præfet illius temporis restaurator Tacit. c. 9. dicit, *nec cohibere parcer illius Deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare arbitrantur.* Nemora etenim & saltus picta illorum erant templa, et arborum inprimis vero quercus sa-

cra

era observatio, vicem nitidissimorum subibat altarium; hinc inde adhuc nomen *Ode-Wald* provenire præsumunt, quoniam Germani in ista sylva, Deum suum Mercurium. Got appellatum coluerunt. Nullæ apud eos Deorum effigies, nullæ imagines nullæ formæ erant, quum quæ ipse Tacitus c. 7. dicat verbis: *effigiesq; & signa quædam detraicta lvcis in prælium ferunt, de signis militariibus, quæ in lucorum ac nemorum penetratibus asservabantur, sunt intelligenda.* vid. Cluv. *G. Ant. L. I. c. 29.* ubi etiam illos Trinitatem sub Solis, Lunæ ac ignis non minibus coluisse docte adstruit. Deos etiam terrestres imaginibus adorabant Romani, Buling. *de Imp. Rom. L. 2.* & ad illos ut ad asyla configubant. *s. f. J. de his qui sui l. alieni juris L. un. C. de his qui ad statuam principis. qualēm imaginem, sive statuam sculptam exhibet Pancirollus in notit. dign. illustr. Imp. c. 24.* Privatorum denique imagines etiam publice ponebant & crimina, quæ in has statuas committebantur, severe puniebant, Petr. *Aerod. pand. rerum. judic. L. 7. tit. 7. c. 6.* In primis vero majorum effigies colebant, & illas penitibus in Larario associebant, ut hæcce imagines loco scutorum fuerint, quibus probarent suam nobilitatem. Chassan. *in Catol. gl. M. P. I. conf. 38. concl. 10. c. 18. Tiraquell. de nobil. c. 6. n. 15.* hinc Seneca ait. *L. 5. epist. 44. non facit nobilem atrium plenum sumos imaginibus.* Ideo illas etiam non modo in ductu funebri ducebant, ceu hodie in pompis funeralibus arma praferuntur, ut genus & familia melius innotesceret, ut ait *Tacit. L. I. An.* *Funus imaginum pompa maxime illustre fuit, cum origo Julia gentis Eneas omnesq; Albanorum reges, ceteraq; Claudiorum imagines longo ordine spectarentur, sed & arcus triumphales illis ornabant;* vid. veteres arcus Augusti triumphis insignes cum imaginibus triumphalibus restitutos, notis Joh. Petri Bellori illustratos. Sed quod in locum harum imaginum jus nostrorum insignium

successerit, ceu arbitratur *Chaff. al. l. Tiraquell. l. al. Fesch.*
de jure ins. c. 6. n. 27. in contrarium feror, & potius à ve-
teribus Romanorum insignibus esse derivanda nostra insignia
automo, quoniam hic statuae domi tantum conspiciebantur,
sed insignia foris etiam & in bello usui erunt, & hæ imagines
loco solum librorum generthliacorum erant vid. Spen. P. I. c.
2. p. 59. Duplex etenim ratio antiquæ nobilitatis probanda
fuit, una ex imaginibus & statuis, altera ex insignibus & armis.
Ant. Thess. decisi. 207. n. 34.

§. III. Per arma gentilitia hic intelligimus, gentili-
tia insignia, armorum insignia, quæ cur ita dicantur, vid. Me-
netrier l' art du Blason. p. 253. & 54. wappas, Gallis armes,
Blasons, quod verbum ceu plurima in Haraldica occurrentia
imo ipsum vocabulum Heraldica, originis Germanica est,
Germanis appellantur *Wappen-Kleinod*, etiam *Blatte*, id,
quod temporibus tornementorum valuit, sic tornementorum
Reges, præfecti, literis invitatoriis sua addebant insignia, quæ
tunc vulgo dicebantur *Blätte*. vid. tournier Buch. fol. 170.
man soll eine Form, wie die Schrift, so man mit dem Blatt
einem jeglichen nach seinem Stand ausschicket; poro das
Blatt und die Briefe dem Fürsten, Graven und Herrn zuschicken,
ideo formula usitata, wurden zu Blatt getragen, Schub.
de Lud. equestr. c. 4. §. II. An insignia recte arma dici pos-
sunt, docte controversiam tractat *Hæping*. al. tr. c. 1. n. 27.
Spen. Op. Herald. P. I. c. 1. §. 4. An vero loquendi hæc for-
mulæ sit vetustæ latinitatis, an vero ævo Carolingorum primo
usitata, diversa plâne quæstio est. Spellm. in Gloss. voce *armæ*
de antiquitate dubitat, & du Fresne in Gloss. voce, *arma* pri-
mo Carolingorum tempore locationem allegat, licet ex Virgilii versibus:

Bella movet clypeus, deque armis arma, feruntur.

anti-

antiquorem ætatem multi comprobare audeant. Sed quum haud falsus Reip. litterarîæ, si qua datur, ab hac quæstione dependeat, obsoletarum rerum amatoribus relinquamus. Hoc certo certius est, acceptionem armorum pro synonimo insignium originem exinde trahere, quoniam insignia armis suis depingere soliti erant jam veteres, & ideo clypeus non a cluendo ceu multi volunt, sed τὸ γλύφεν sculpere derivandus, quod cælestat in sculptis ibi imaginibus, germanica lingua a *Schild*, derivandum venit verbum *Schildern abmahlen*, quia scuta picta erant, ut ergo per catachrîsis non ineptam insignia ita vocentur, ceu etiam germanice dicuntur *Wappen*, quod a *Waffen* communiter derivatur, assumta frequenti mutatione f. in. p. Nam cum ipsis clypeis statim post bellorum ortum coepisse consuetudinem scuta imaginib[us] insignire vetustissimorum Scriptorum, Herodoti, Diodori Siculi, Plinii Virgilii testimonia probant, donec paulatim in hunc modum redacta res est, quo nunc insignia sunt, ceu ait, Spen. P. l. c. 2. §. 17. & Stollius cognatus Speneri in duabus elegantissime conscriptis dissertationibus *de artis Heraldica origine & natura* & hæ imagines vera Symbola erant, licet ipsis Heroibus ignota ars uetusissima, ceu eruditæ demonstrat beatus Omeis. *in diff. de Symbolo Heroic. cap. 2. §. 3. vid. cap. 15.* ubi differentiam inter Symbola & arma gentilitia exponit ratione originis, sectorum, colorum, partitionum, corporum, illorumque multitudinis. Nec opus erit, ad illos recurrere, qui insignium originem vel Ægyptiis, aliisque attribuiunt vid. Spen. al. l. imo etiam Davidem speciale scutum gessisse perhibent, nempe geminum triangulum, in cuius quatuor apicibus nomen Dei tetragrammaton incisum erat, cuius scuti schematismum cum multis aliis notabilibus exhibet author insignium Turcicorum Magister Paulus Pater. *sect. 1. φασ. 7.* hinc Judæi delirant provenire, quod David Deum sepius in Psalterio scutum suum appellaverit. Hoc veriss-

verissimum manet, avitam consuetudinem gentium plurimum contulisse & tempora posteriora magis magisque excoluisse. Pictura vero scutorum etiam antiquissima est, & multis confirmari potest testimoniosis. Stoll. *diss. 2. §. 14.* in primis vero, quod Romani scuta sua pingere soliti fuerant. *L. 5. §. 12. ff. de his qui deject. l. effud.* Panceiroll. *in notit. Imp. c. 38.* testantur, & militis effigies in Trajani columna Romee hodiernum superstes comprobat Heineccius *de Sig. P. l. cap. X.* Hæc autem pictura proprie ad Legiones discernendas inserviebat, ideoque Spelini in *Aphiol. p. 25. Romana*: ait: *illa insignia legionum fuisse palam est, non privati alicujus hominis, aut familie, nec heraldicorum in iis quid characterum qui Gallis fasces, bandes, chevrons appellantur, nec hodierna colorum observatio, nec arearum distinctio.* Insignia hæc legionum Romanorum descripsit Spangenb. in *Adels-Spiegel p. 2. L. 12. c. 29.* & ab his propagari nostra putat Spellini. al. l. adjectis verbis *non simul, non semel, authore incerto etiam & ero.* Sed imperite est, Romana, & omni ante illam antiquitate symbolis utente, ita, ut nec exercitus sine aquilis, draconibus, vexillis, nec heroës apud Poëtas sine clypeorum imaginibus inventamus, res, quas ex eodem fonte naturæ parentis instinctu haustas equidem fatemur, sed alio atque alio ritu exornatas, ceu temporum ferebant consuetudines confundere.

S. IV. De hac consuetudine arma picturis decorandi etiam apud veteres Germanos usitata testimonium præbet Tacitus *de morib. Germ. c. 6.* *Scuta sua lectissimis coloribus distinguunt, exceptis Naharualis & Ariis, qui nigra scuta gerabant & L. 2. annal. scuta viminum textus esse vel tenues, & fucatas colore tabulas, vid. Welser Rev Bojic. L. 2. p. 9.* ubi insignia Bojorum nempe rutas cæruleo candidoque colore alternatas ex antiquissima historia dedit, & eruditus demonstrat Spangenb. al. l. *P. 2. L. 12. c. 24.* dicit: *die Schilder verurden*

vvurden mit Ular-Ochsen oder Frisschen oder starcken Ochs-en-Häuten, und dicken Fellen überzogen, vvorinnen Thiere, Menschen, Berge gemahlt gewesen, daß man sonst auf eben ein groß Tuch nicht mahlen kant. Verba allegata Taciti multi erudit Viri explicanda esse volunt, quod agmina sua diversis coloribus distincta habuerint, ut pro regionum, Ducum, civitatum & pagorum varietate variis coloribus scuta ornarentur, sed ipsa verba Taciti id potius intendere mihi videntur, quod haud imagines in scutis tulerint Germani, sed tantum scuta coloribus distincta gestarint, unde originem trahere le parti honorable sum persuasis, quam partem etiam honorationem exinde digniorem cum Menetrier contra Spen. P. G. p. 135. §. 2. assero, confirmante etiam hanc sententiam Cluverio L. 1. G. A. c. 44. p. 292. verbis: *nobiles homines apud priscos Celtas lec̄tissimis tantum coloribus sua singuli distinxerunt scuta, unde etiamnum eo antiquissima & maxime genuina nobilitatis apud nos insignia & universarum civitatum insignia, que erant equi, tauri, nulli nisi principes civitatum & Duces in scutis gerezabant.* Antiquissima etiam Sigilla ut Caroli Crassi, Arnolphi, Conradi I, Heinrici Aucupis, & Ottonis M, quæ scuta exhibent, illa sine cuiusdam imaginis vestigio monstrant, sed striae saltem, & colores variegatos indicant, ceu quædam genera clypearum exhibit Heinecius de Sigil. P. I. c. 10. §. 30. & c. 4. p. 2. §. 3. scutum habet depictum Comitis Flandrie Wilhelmi Normanni in octo segmenta a medio divisum. Hodie pauca eidem inter nobiles Germaniæ ejusmodi insignia invenimus, quum perpaucæ sint familiae, quæ originem suam a tempore Carolingorum clare deducere possunt, sed tempore Heinrici Aucupis contra Hunnos optimo flore nobilitatis occiso, hic plures familias nobilitavit, & si quæ etiam sunt, sequoribus temporibus mutarunt insignia. Peccenstein theatrum Saxon. cap. 10. quum novum

C

haud

haud sit, nobiles familias diverso tempore diversa portasse insignia. Verba vero Taciti sic interpretanda esse me movent verba antecedentia: *nulla cultus jaſtatio, ſcuta tantum le- Etiffinis coloribus diſtingunt*, ergo non se coloratis ſcutis, ſed ſua ſcuta coloribus diſtinguunt. Per arna ſepius intelliguntur non modo ſcuta, clypei, parmae, quae inter ſe ratione figuræ diverſae erant. vid. Lips. de milit. Rom. L. 3. dial. 2. p. 112. Spellmann. in Apſiol. p. 54. ſed & alia, vid. L. 3. §. 2. ff. de vi & vi armata L. 41. ff. de V. s. ut gladii, ſic Carolus M. capulo pugnionis inſculptum habebat inſigne Imperiale. La Mothe le Vaier. Oper. P. I. & in crypta Eccleſiae cathedralis St. Stephani Viennæ Albertus cognomine cum Treja conditus, ad parietem ſinistra lateris appofito gladio, in cuius nodo Austrica inſignia, in ipſa vero lamella Habsburgica inſculpta ſunt. Et cur prætero Clinodia S. R. I. quæ Norimbergæ aſſervantur, in ter quæ numerantur duo gladii, unus, qui Caroli M. eſſe dicitur, in nodo rotundo ex uno latere aquilam ſimplicem, ex altero leonem oſtentat, alter Mauriti Martyris in pomì cordis figuram repræſentantis uno latere aquilam dimidiā additī tribus leonibus ambulantibus exhibet, altero latere nota carente; hos leones celeberrimus beatus Wagenseil. in comment. de civit. Norica c. 26. ut heraldice artis ſcitis conveñientius loquatur, ceu ſonant ejus verba, leopardos tres cur appetet, nescio, cum leonem pardinum potius ex figura dicere debeamus. Nam Leo dicitur, ſi unum oculum monſtrat, & regulariter conficitur erecto ſitu, ſive rampant; Leopardus vero eſt, qui duos oculos monſtrat & regulariter gradiens eſt, paſſant, quod ſi leo gradiens fingitur, paſſant, dicitur leo pardinus, leon leo pardē, ſi leopardus rampant ponitur, dicitur Leopard lionē, diſtinctio haec in inſignibus Serenissimæ Domus Hassiacæ egregie conficitur, quamvis ſi vetutatem conſideremus, ſigna comitatus Dicentis duo Leopardi conſtituant, interim recepta

recepta hodie leonum figura. Maxime tamen sub armis scuta veniunt, & præ cæteris quoque usitatum fuit, scutis gerere insignia, exinde fluit etiam, quod, cum Germanis triangularis forma scutorum placuerit, temporibus sequoribus, quibus arma in torneamentis usitata, qualia exhibet Heineccius *de Sigillis. Wurmbrand. in collect. geneal. hist.* & in vetustis Ecclesiis cathedralibus, ut Norimbergæ multa scuta triangularia conspicuntur, omnis positio figurarum secundum formam antiquam in Heraldicis fiat; hinc usitata verba, mal ordonné bien ordonné, la figure est posée à trois, deux, un. Paillot *l in die Armoriar. p. 415. & 445.*

§. V. Adjecimus verbum, Gentilitia, ut eo clarior locutio, per arma, reddatur. Nomen Gentilis hic nobis haud infervit pro illis, qui Romanis barbari audiebant, nempe sub eorum signis militantes, ceu patet ex tit. *C. Theod. de nupt. Gent.* ibique Gothofr. sed accipimus gentem à ~~magis~~ sic dicitam, i. e. populum, regionem & civitatem, & gentem in specie, nempe familiam, quoniam per arma gentilitia non modo assumta familiarum insignia, sed & totarum gentium symbola denotantur. Omnes etenim gentes & populos scimus peculiaria distinguere arma, vid. Hoep. c. 3. §. 2. n. 30. Spen. *all. l. T. I.* ubi gentium antiquarum tesserae depictæ. Oiselius in *thesauro numismatico*, qui gentium insignia in numismatibus refert. Heineccius *de Sigill. P. I. c. 3. per tot.* Præ cæteris legi meretur Schefferus *tr. de regni Suecie insign. c. 1.* qui multa lectu dignissima profert, imprimit vero negat, gentibus extra Europam usitata esse insignia, imo etiam de Turcica Semiluna dubitat, quum tamen veritatem speciosis & eruditis argumentis astruat author insignium Turcicorum *scit. 2. per tot.* qui in principio tract. depictam monstrat lunam corniculatam argenteam in campo viridi, quod etiam arma Calixti Osmanni, Prinçipis Turcici, qui religionem Christianam an. 1473. assumerat,

C 2

indican.

indicant. vid. Fuggers *Ehren spiegel L. 5. c. 21. p. 767.* & vexillum majus in ultimo bello Turcico a Christianis Turcis eruptum non minus insignia hæc ostentabat. Hoc verum equidem est, Turcas, quum ipsis imaginum usus prohibitus sit, nulla gestare insignia specialia, sed loco horum characteres in sigillis usurpare, quod probat sigillum majus, cuius maxima apud Turcas auctoritas, & Summis Vissiris ejus custodia demandatur, quale sigillum fuit, quod portabat primarius Vissirus bursulo involutum, & holoserico rubro filo contorto a collo ad pectus usque appensum, cum caperetur in prælio ad Szentam; ex hoc sigillo cusa & conflata moneta aurea figuram illius repreäsentans, quam ex museo egregie instructo DN. D. RINCKII mihi humanissime communicatam hic describo; in uno latere conspiciuntur characteres sive literæ Arabicae mirifice ex more inter se contortæ, in altero latere legenda verba: Sigill. Sult. Must. Prim. Vezi. collo appens. captum in prælio viæ ad Szentam d. ⁱⁱ Sept. 1697. Margini adjecta verba: Sultan Mustapha filius Mehemet sic semper victoriosus An. 1106. Quæ verba explicationem illarum litterarum continent, vid. Tenzelius in *Saxoniam Numismatica p. m. 697. tab. 74. fig. X.* ubi figuram istius nummi exhibet. Hujus sigilli sive typi majoris maxima apud Turcas auctoritas, ut ejus custodia solun summis Vissiris soleat demandari, ceu jam dictum est, nec huic locus sit, nisi in litteris ad Reges exterios mittendis, aut secretis negotiis. Cæterum Turcas communiter loco insignium nomina sua propria & dignitatum in sigillis apponunt, qualia sigilla ipse vidi plura variis lapidibus incisa, & inter alia unum a praefecto quodam militum rationibus suis accepti & expensi in fine appositum, quem partem rationum possideo. Non minus hoc probare possum ex rarissimo & satis curioso libro quodam, qui in nostra Bibliotheca affervatur; constat liber elegantissimus ex foliis varii coloris margine diversi iterum coloris circumdato, in cujus libri patris

paucis foliis ejusmodi sigilla nitidissima inveniuntur laminis aureis vel argenteis imposita, quarum extremitates aculeatae proeminent, & cum sigillis vel rotundam vel ovalem figuram efficiunt. Hæc a quodam peregrinante collecta fuisse præsumo, licet author *dissertationis de Philorhecis* Michael Lilienthal, librum istum ex opinione Beati Mollerii nostri philothecam esse, & sententias ex Alcorano ibi relatas esse putet; sed non equidem nego sententias ex Alcorano aliquibus inclusas sigillis esse, plurima tamen eorum nomina præ se ferre ex interpretatione cujusdam Tureice lingua gnari assero. Patentia diplomata veluti ad Bassas & alios Ministros solo notantur signo Cæsaris seu monogrammate, quod Humajum h. e. *manu codicis* vocant, que subscribendi consuetudo etiam apud nos vetustissimis jam temporibus valuit ceu in diplomatis invenimus vid. Mabillon. *de re diplomatica*. L. 2. cap. 11. §. 34. & sic plurimos fuisse deceptos putat Heineccius de Sig. p. 1. c. 3. §. 16. ut Turcas plane sigillis carere dicant, quod inter litteras patentes & signatas nullum discrimen sciant. Aliis vero gentibus exteris nota esse insignia præter Dapperum *Americanische Reiß-Beschreibung* p. 215. provoco ad M. Welserum L. 4. rer. g. vind. qui ex Sinis parvulam adveytam fuisse dicit, in qua auro pictum scutum erat, panthera conspicuum, scuto incumbente galea aperto hiatu: vid. Pontani *Gesandtschaft der Holländer nach Japan*, qui Japanensium arma quædam recenset, Neuhof. in der *Gesandtschaft nach Sina*, qui illa in fine typis exhibet, licet non nobis Europæ usitato more gestent, quum apud nos peculiares certe excolendæ, augendæ, conservandæ Heraldicae ratio fuerit. De nota divisione Tribuum populi Israëlitici & illis attributis figuris symbolicis hic mentionem injiciam, vid. Spens. P. L. c. 2. 17. ad has probandas non modo benedictionem patris Jacobi Genes. 49. allegant, sed & plura loca Scripturæ Sacrae ut Numer. 11. Deuteron. c. 33. v. 7. Genes. 4. v. 17. Ezech. 12. 28. Ioh. Nahm. 11. v. 3. adducunt, quam opinionem eru-

ditissimus alias Vir Athanasius Kircherus etiam defendit, pariter colores affingunt secundum colores scuti officialis Sacerdotis summi das Amt-Schildlein *Exod. 2. v. 16.* Fuisse peculiaria signa, queis distinguebantur, dubitare haud permittit *Numer. 2. v. 2.* sed specialia illa signa, quae vulgo depingunt, excoigitata modo sunt & incerta Brouwn. *Pseudodox. Epid. L. 2. c. 1.* Hoc versimile mihi videtur cum Spelm. in *Apiol. p. 5.* ab Ægyptiis populum Israëliticum, ut vituli cultum, ita & insignium suorum morem deduxisse, nam apud Ægyptios jam Osridis tempore annis plus minus ante exitum Israëlitarum ab Ægypto quadringentis jam florueru insignia. Imperium nostrum Romano Germanicum aquilam bicipitem gerit, (imperium vero Germanicum eadem gerit insignia, nisi quod ex corona Regia dignosci queat, quod vide in Adami Heinrici Petri general *Historia der allervvärhafstigen Geschichten*, qui in descriptione conductus funebris Caroli V. Germanica insignia sic exhibet, quum in nullo ferme J. P. Scriptore mentionem invenire potuerim) cuius causa multis nodus Gordius fuit & semper erit. Deduci posse originem ab Orientalibus Imperatoribus, qui An. 1261. Alexio Comneno Trapezuntum abeunte & Byzantino regno in duas partes diviso, sumserunt aquilam bicipitem signum divisi imperii, non sine ratione putat du Fresne in *diff. de infer. ævi numism. n. XI. ej. glossar. annex.* ubi etiam exempla aquile bicipitis profert. vid. Uffenbachium *de Jud. aul. c. 19. f. 3.* Heineccius de *sig. p. 114.* in archivio Regis Daniae insigne Alexandri Imperatoris Constantinopolitani cum aquila bicipiti inveniri scribit; licet etiam non semper bicipiti sed interdum monocæphola usi fuerint aquila, ceu exemplo Michaëlis & Andronici Palæologi monstrat Nessel. in *Bibl. Vind. p. 11. p. 40.* Controversia hæc est multis involuta difficultatibus, & quia nulla apud scriptores vetustiores ejus mentio adest, certum quid affirmare non ausim, speciatim

tim vero in antiquitatem hanc inquirere, non contemnendus labor foret. Cæterum magna industria pertractat hanc controversiam Vir nostri ævi eruditissimus Gundling. in *Historia Heinrici Ancupis* p. 226. & alios etiam præter Imperatorem gessisse aquilam bicipitem egregie monstrat Peller in annot. ad *Klock.* L. I. c. 4. de araria §. 2.

§. VI. Sed ut ad arma etiam a familiis assumta perveniamus, illa huic usui inserviisse per se clarum est, ut una familia ab altera dignosceretur, & ut sint signa meritorum, hinc etiam quædam signa in scutis perpetratorum facinorum fuisse tradit Harsdörfer. in *Gesprech-Spiel* p. 3. p. 129. §. 25. & apud Romanos, qui nil præclare gesserant, ensè nudo, parmaque inglorius alba, ut canit Virgilius, utebantur, quo pertinet exemplum illorum de Steinau, qui occiso Abbe Fuldensi in vicem priorum insignium assumere sunt coacti tres rotas, & totidem novaculos, ceu refert Bergen in *chron. Thuring.* p. 105. Veterum Græcorum & Romanorum vero insignia hac ratione diversa erant, quod haud fuerint semper perpetua ac familiaria insignia, ceu eruditus monstrat Spen. P. I. c. 2. §. 30. Pesch. c. 7. n. 17. sed pro libitu integras historias interdum in scutis repræsentabant & sibi pro symbolo assumebant; specialia tamen etiam aderant, quæ differentiam familiarium indicabant, de quibus consulendi sunt Ursinus & Gorlaeus in familiis Romanis, sic Cincinnatos & Torquatos & Corvinos eorum stemmata distinguebant, & Trebellius Pollio meminit, Macrinorum familiam id speciale habuisse, ut Alexandri imaginem gereret, & notanter canit Ovid. L. I. metam.

Sumserat ignara Theseus data pocula dextra,

Cum pater in capulo gladii cognovit eburne

Signa sui generis.

Cui jungendus canens Virgilius clypeosque insigne paternum, centum ingues, cinctamque gerit serpentibus hydram, Tessauros

decis.

decis. 269. se vidisse scribit apud amicum quendam libellum, in quo libro fuisse arma & insignia antiquorum Heroum, cui eo magis fides habenda, cum quod etiam Diis arma & insignia attribuerint, recenseat Christin. *Jurispr. Her.* art. 1. §. 71. Colorum pariter haud eadem fuit observatio, quæ apud nos vigeret, ceu jam §. 3. memini, licet jam in usu fuisse supra allegata loca comprobant, & in ludis Circensisibus adhibitos ex Onuphrio Panvinio de *Ludis Circensisibus* memorat Spen. *P. G. cap.* 9. Militares etenim Christianorum in terram Sanctam profectiones metallorum, colorum, vellerum numerum primum invenisse docet equidem deducit Christin. *art.* 1. §. 70. & Heinec. *de Sig. P. l. c. X. §. 30.* quos etiam sua debita laude privare animus non est, sed subscribere huic sententię minime possum, quum colorum diversitatem exactiori potius torneamentorum cultui sub Heinrico Aucupe tribuam, quæ torneamenta seculo præcesserunt expeditiones cruciatas. Nam historiæ torneariæ testantur, non alium fuisse in numerum pugnantium admisum, nisi qui legitimis insignibus instructus fuerit, hinc fiebat partitio insignium die *Helm-Theilung*, sub quo vocabulo tam inspectionem, quam divisionem olim comprehendebant. Schub. *de Lud. Equestr.* c. 6. §. 3. Stoll. *de artis Herald. nat. & orig.* §. 24. Cruciatas vero expeditiones, Heraldos, sequentibus temporibus ad augendam artem heraldicam aliquid contulisse, ipse haud negare audeo.

PARS SPECIALIS.

CAP. I.

de

Probatione per insignia Dignitatum.

§. 1.

Insignia variarum dignitatum descripta nobis reliquerunt Beccan. in *notit. dign. illustr. dif.* 6. c. 1. Feschius *de jure insign.*

insign. c. 2. Chaffan. in Cat. gl. M. P. I. conf. 38. concl.
 1. Hoeping. de jure insig. c. 6. Menetrier *dans la pratique des Armoiries.* Speciatim vero insignia dignitatum veteris Imperii exhibet Panciroll. in *notit dign. utr. Imp.* Buling. de *Imp. Rom.* Guther de *offic. Dom. Aug.* L. I. c. 4. Seldenus in *tit. hon.* p. 2. c. 1. Spangenberg. in *Adels-Spieg.* L. 8. c. 10. Insignia regni Francici Officialium & dignitatum recensita & depicta inveniri possunt in Paillot. l' *indice Armor.* p. 273. Menetrier *dans la véritable art du Blason.* c. 9. p. 236. De Archiofficialibus dignitatibus ut insignibus Electoralibus nostri S. R. Imperii legi merentur Wagenfeil. de *Archiofficialibus & Sub-Official.* Mallinkrot. de *Archicancellariatu,* & passim Scriptores J. P. Campus hic latissimus foret, recensere diversa dignitatum insignia, ut coronas Regales, Ducales, distinctos dignitatum tam secularium, quam Ecclesiasticarum pileos & alia insignia, quæ cuilibet dignitati propria sunt, verum enim vero disputatio mea hoc modo in artis Heraldicæ Isagogen excresceret, hoc tantum annotare non possum non, quod in investitura Duciis Würtenbergici an. 1415. in Herzogs. *chron. Alsatiae* inveni verba. L. 2. p. 158. quæ ita se habent: *also hat die Königliche Majest. vorgenanndten Grav Eberhard gemacht zu einen Herzog zu Würtenberg und Teck, mit allen Ordnung und Worten, wie sichs gebührt, zum ersten ihn begabt mit einem Mantel eines Herzogs, zum anderm mit einem Hut eines Herzogs, so ihm zugehört, und auch mit einem Schwert, als einem Herzog zu steht, und mit Wappen und Titul.* Sufficiat ita paucos me attigisse fontes, & ad supra allegatos authores retulisse, generalia interim quedam modo delibare mihi liceat. Quantum vero arma conferant ad dignoscendas dignitates, luculentum exemplum præbet Scutum Electoris Saxonici, cuius Palatinatus dignitas, qua in Imperio fungitur, licet sè in titulo talem haud nomine ut Palatinus, per arma patescit; insignia enim Palatinatus

D

Saxo-

Saxonici in scuto Electoris inveniuntur, *ein guldenen Adler im blauen Feld, von der Rechten zur Lincken schend*, quam aquilam quidem ut coronatam refert Spen. P. S. c. 1. §. 13. & ubi omisum, incuria sculptorum tribuit, sed ex monetis Palatino Saxoniciis, quas Schlegelius in epistola curiosa de nummo Comitis Blanckenburgensis sculpi curavit, annotat Hoen. in Geschlechts - und Wappen - Untersuchung des Hauses Sachsen c. 2. p. 32. aquilam semper sine corona inventari; insignia vero Palatinatus Thuringici sunt, *ein guldenen Adler im schwärzen Feld von der Lincken zur Rechten.* Huc referri mereatur exemplum Ducum Würtenbergicorum, qui vexillum Imperii insignibus gerunt, & appellantur des Reichs-Panier-Träger. Est autem vexillum hoc des Reichs Sturm- und Renn-Fahnen, *ein schwärzer Adler in guldenen Feld.* Fugger Ehren-Spiegel. L. 8. c. 24. p. 816. nam duo dantur vexilla & gonfanones Imperii, majus illud, peditatui quod adscribitur, & Saxoniae Electori ut Mareschallo Imperii concreditur, & minus equitatu competens, quod Ducibus Würtenbergicis asservandum datur, qua vexilla in eo inter se differunt, quod illud aquilam bicipitem, hoc minus vero unicorpitem gerat, vid. Fuggers Österreichischen Ehren-Spiegel. L. 5. c. 14. der Kaiserliche Hauptfahn mit dem doppelten Adler, das Reichs Panier mit dem einfachen Adler, im vvelchen die Wappen der Reichs-Städte gestickt vvarn. p. 688. exhibet vexillum, vid. Obrecht. de vexillis Imp. p. 15. Bunting. in der Braunschweig. chron. p. 146. in verbis: auf einer Seiten sahe man den schwärzen Königlichen doppelten Adler, ubi author etiam caroccium Imperatoris Ottonis describit, der Kaiser hatte der zeit Gebrauch nach sonderlich zurrichten lassen, ein überaus köstlichen Standart der vvar also beschaffen, auf einen hohen vermahltten Schlitten stand ein erhabener Pfal, und an denselben ein von Holz künstlich geschnitzter und mit Farben zierlich staffirter

ter Drache, über den Drachen hieng an einer Stangen ein verguldter zwölfköpfiger Adler, den der Wind hin und her trieb: ejusmodi exemplum etiam profert ex Witikindo Obrech. p. 14. Quod vero vexillum St. Mauritii & St. Georgii Germaniae Patronorum attinet, illud in expeditionibus contra infideles adhibetur, & nobilitati Franconicae & Suevicae gestatio competit. Limn. in addit ad T. I. L. 1. c. 14. & L. 6. c. 3. n. 57. R. Imp. de An. 1542. §. vñann nun auch, verbis: und obdam gleichvwohl sich zuträge, daß die K. M. oder vvir persönlich im Felde vñären, und des Heyligen Reichs Fahnen fliegen ließen, so soll nichts desto weniger St. Georgen Fahnen in diesen Zug, aus bewegenden Ursachen (ob controversiam, cui competit gestatio) angestellt und in ruhe bleiben, allerhand Unordnungen zuverhüten. vid. Michael Praun in dem adelichen Europa, und noch edlern Teutschland cap. II. p. 555. qui vexillum describit. Aliud porro est vexillum Imperiale rubrum sine ulla figura, sanguineum, der Blut-Fahne, quod est signum majesticum, hinc interdum vexilla rubro in cuffside eorum appenso Imperii panno coronabantur, & ornabantur, es vñwurde der Stadt Panier gekrönt, das ist mit einen rothen Schuppenkel gezirt. Herzogs chronicon Alsatia L. 2. p. 156. ubi descriptio investituræ. Hoc vexillum in investitura feudorum regalium occurrit. Gold. Polit. Imper. p. VI. p. 368. p. 3. p. 363. sepius hinc occurrit formula, Ducatus per vexilla investitos, vexilliferatum Imperii nominari, quod ad evitandam confusionem notandum. Quale sit vexillum, quod gestat civitas Imperialis Argentorat. ex diff. Obrechti. c. V. videndum, vid. Coccj. J. P. p. 251. qui speciale civitatem vexillum habere dicit, in quo est imago beatæ virginis & servatoris. Sed ut in viam redeam, plura officia imperii per insignia cognoscuntur, licet ipsa officia jam expiraverint, Comites de Schwarzenburg furcam & pecken gerunt, eeu Imperii Archicoppomi Spen. P. S. L. 3. c. 34. §. 7. vid. Weberus in examine artis Herald. ubi in appendice insignia

Schwartzburgica tractat. Oldenburgenses Comites tanquam Imperii Architecti trabes in insignibus habent, sed aliam explicationem profert Beckmann. *in der Historia des Fürstenthums Anhalt p. 4. c. 5.* ubi Heraldicam Anhaltinam tractat. Comites de Wernigeroda ut Imperii piscatores pisces in insignibus gerunt. Spen. P. S. L. 3. c. 12. §. 35. & §. 14. licet civitas Basiliensis etiam S. R. I. piscatoris munus pratendat, & ideo gerat *eisen Fischers-Stachel* vid. Generosissimus Ebner sub pres. Wagense. in thes. miscell. & confus. th. 26. Abbatissa Quedlinburgensis est S. R. I. coqua & duos gerit cultros decussatos en sautoir. Errorem hic notare non possum non illorum, qui ob verediorum præfecturam Principes de Taxis cornu in ornamenti gallearum gestare putant, nam Lammoratum Turrinum jam cornu apici imposuisse tradit Fr. Lazzera, qui de familia Comitum de Taxis scripsit; Onde errarono molti in credere, que i Signori di questa famiglie levassero il cornetto, comme padroni delle poste, poiche, avanti que fossero Corrieri maggiori, le portavono sopra le loro arme, comme quello, che significo il dominio delle valle del cornetto. Duces Würtenbergicos Venatores Imperii esse scribit Freherus ad Petrum de Andlo L. 2. c. 18. & hoc in insignibus denotat cornu venatorium. vid. *Europäischen Herold. p. 250.* der alten Grafschaft Aurach Regenten sind des Heil. Röm. Reichs Jägermeister gevvesen, und dieses Reichs-Amt und insigne auf Würtenberg gebracht, ein gekrönter Helm, auf welchen ein rothes mit guldenen Bändern und Beschlägen beziertes und am Mund-Loch mit vveisen blauen und rothen plumagen bestocktes Jägerhorn erscheinet, cui afferto dubium movent verba des Ehen-Spiegels L. 2. c. 18. de curia Metensi sub Carolo IV, ubi postrema A. B. capita fuerint consecra, endlich kabmen geritten die Marggraven von Meissen und Graven von Schwazzenburg, beede Jägermeister, führten die besten Hunde mit sich, machten mit ihren Jägern, und Jäger-Hörern ein groß Gethöne vid. Leh-

Lehmann *Speirische chronic L. 7. c. 35.* et ideo dicit author der Durchlauchtigen Welt p. 363. de Electore Saxoniae; als Marggrav zu Meissen ist der Chur-Fürst noch Reichs-Ober Jägermeister. Habent etiam aliae terræ in Germania suos Officiales, quia plerumque dignitates per insignia demonstrari possunt; Carinthia suos habet Officiales. Megiser, *in annal. Carinthie*, Austria suis gaudet Officialibus, Comes a Wurmbrand *in Collectan. geal. hist.* vid. exemplum in familia de Zinzen-dorf, quæ per ornamenta galearum officium probat. vid. Spen. P. S. L. 2. c. 116. p. 574.

§. 11. Cum igitur officia & dignitates certis insignibus sint condecoratae, per illa collatio sibi facta illius dignitatis probari potest. *cap. de privileg. in 6to. cap. ad hon. X. de author. & pallii cap. antiqu. 27. de privileg. & excess. privil. & ut dignitatum Ecclesiasticarum exempla producamus, specialibus insignibus illas discerni scimus.* Cardinales pileum gerunt rubrum cum quintuplici serie nodulorum, avec cinque rangs des houppes, & quando sunt Patriarchæ, Archi-Episcopi, Primate aut Legati crucem duplarem addunt. Patriarchæ Simplices viridem gerunt pileum a quatre rangs des houppes, & duplarem etiam crucem, Archiepiscopi eadem gerunt, si sunt Primates, alias modo crucem simplicem, Episcopi pileum habent ejusdem coloris, sed a trois rang des houppes, mitra dextra imposta, & pedo pastorali sinistram. Abbates nigro pileo a trois rang des houppes utuntur, & si sunt mitrati, addunt etiam mitram, sed lusca facie en profil & pedum in sinistra parte, cujus curvatio etiam lœvum versus respiciat, ast non mitrati solum pastore gerunt. In Germania nostra tiaram Episcopalem & pedum plerumque habent, ab uno latere pedo, altero gladio posito & hoc commune habent Archi Episcopi cum Episcopis & Abbatibus, si superioritate territoriali gaudent vid. Spen. P. I. c. VI. §. 20. Paillot *l' indice Armorial vocé: couronnes: quan-*

quam antiquo tempore modo pedum pastorale scutis adiecisse, imo etiam hoc sepius omississe, & sola gentilitia gessisse insignia in Cap. IV. Herzogii *chron.* *Alsatiæ* vidi, ubi insignia habet Episcoporum Argentoratensium. Hæc igitur insignia quis gerit, ite præsumitur ornatus illa dignitate, quia dignitates maxime signis probari debent. Pacian. *tr. de probat L. 2. c. 26.* Ceu enim, quod aliquis sit in possessione Episcopatus representatur per hoc, quod sit in Episcopali sede, & canonicatus, quod euidam sit assignatum stallum in choro, ita & in primis per insignia quis probat, quæ symbolicam traditionem & quasi investituram dignitatum esse statuunt Dd. Pacian. *al. tr. L. II. c. 26. n. 130.* & per illa quasi possessionem transferri, *c. 4. verb. cum igit. X. de Elett. c. 6. verb. tertio X. de fide instrument.* Decian. *Resp. 8. n. 227.* ut etiam ante illorum adceptionem officiis quis fungi haud possit. Barbos. *Felin ad c. 34. X. de Simon.* & *c. 7. X. de Rescript.* Hinc Archiepiscopi confirmati ac consecrati licet, pallio nondum accepto, ea, quæ sunt ordinis Episcopalis in specie sic dicti, peragere haud possunt *c. 4. in f. X. de Elett. can. quoniam. dist. 100.* Beat. Parens *de Jure Episcop.* *cap. 5.* vid. Thulemarii *dissert. Herald. canonica de Pallio & aliis Episcoporum insignibus th. 12.* Nec Elector Ecclesiasticus nondum insulatus coronationem Imperatoris suscipere potest *c. 2. X. de translat. c. 15. X. de Electione Schwed. P. S. S. I. c. 2. §. 33.* Beat. Par. *de Jure Episcop.* *cap. 16. n. 22.* & *cap. 2. n. 13.* Cum vero per eiusmodi insignia aliquis non modo dignitatis collatae probationem instituat, sed & plenitudinem cuiusdam potestatis denotet, quia illa arguunt, ei, qui defert, loca subjecta esse, Pacian. *L. 2. c. 29. n. 56.* maxima inter Canonistas dissensio, an in alieno loco talia insignia plenitudinem potestatis denotantia portari queant. Bart. *de inf. n. 5.* Chass. *P. l. c. 38. concl. 6.* Pacian. *al. l. n. 22.* Aug. Barbosa *in Jure Eccles.* *L. 1. c. 6. n. 31.*

31. ut e. g. Archiepiscopus possit uti pallio extra provinciam, & Episcopus baculo. Si alter prohibuerit, omnino est amplectenda responsio negativa, alias vero ubicunque locorum quis insignibus ad personae dignitatem pertinentibus uti potest. Gloss. in Clem. Archiep. de privil. quoniam nemini nocet, & alteri tamen honori est. L. s. C. de propos. Sac. cubic. Bald. ad L. i. C. de offic. procons. Nec distinctione in insignia prajudicialia & non prajudicialia opus erit, quum illa non semper plenitudinem potestatis denotent, sed modo collationem dignitatis & haec vice versa in deferente etiam potestatem significant. Proconsulis vero ex L. i. ff. de offic. procons. exemplum hoc applicari non potest, quum deferebat insignia habito respectu ad populum Romanum, qui ubique jurisdictione pollebat, ceu Legatus Pontificis ubique insignibus utitur, personam Pontificis repräsentans, qui Imperium in spiritualibus ex mente catholicorum possidet. Huius legato, quod si vigesimum ab urbe lapidem egressus fuerit, crux præfertur, & utitur insignibus Apostolicis, equo albo, fræno & calcaribus aureis, veste rubra, & hoc ipsi in omnium territorii licitum, vid. Wagenseili filii dissert. de Legato a latere §. 12. quia Pontificis loco est & concilia non modo convocare potest, sed & beneficia conferre, excepta Gallia, vid. Pufendorff. Einleitung zur Hist. c. 12. Aus Rom ziehen sie mit aufgerichteter Creuz, aber wenn sie auf die Gräz von Frankreich kommen, lassen sie dasselbige nieder bis sie von König Erlaubnuß bekommen ihr charge zu exerciren. Patriarchæ etiam crucem præ se ferre libere possunt, nisi vel ipse Pontifex, vel Legatus a Latere adsit, & ArchiEpiscoporum crux, quam ex privilegio deferunt, differt ab hac, dum modo uno transverso ligno secta. Barbos. de offic. & Potest. Episc. P. I. hl. 3. o. 1. §. 2. 3.

§. III. De Dignitatibus Academicis exempla ut profaram,

feram, vita genus me impellit. Probatur autem per insignia Rectoralia Rectoratus, Decanalia, Decanatus, Doctoralia doctoratus dignitas. Clem. 2. de Mag. & ne aliq. ibique Gl. quæ etiam illos a popularibus & plebeis distinguunt, ut ait Guid. Papæ quest. 88. n. 3. licet haud semper deferre teneantur. Pacian. L. 2. c. 41. n. 158. Insignia Doctoratus interdum sunt cathedra & birretum, insula seu pileus, interdum liber, annulus, osculum aut vestimenta. And. Mendo de Jure Acad. L. 1. s. 3. n. 327. P. 1. a. al. l. n. 138. quæ symbola in creando Dd. requiri tradic. Coler proceſ. execut. p. 2. c. 3. n. 135. Ruland. de Commiss. p. 1. L. 1. C. 14. n. 9. non enim, inquit, Stephani de Jurisd. L. 3. p. 25. c. 14. n. 222. ejusmodi ritus introducti, ut sint inepiti ludi scenici, aut theatrici, nec tantum ut creationem reddant magis conspicuam, sed ut sint signa vocationis & Doctoratus. Licet Gvid. Pap. qu. 388. n. 11, & Mascard. de probat. V. 2. conclus. 528, annulum & osculum de substantia haud esse potent, quia & virgines osculantur & tamen non doctorantur, ut ait Bald. in Proem. ad Decret. vid. Walther de jurib. ac Privilegiis. Dd. c. 21. s. 152. Quicquid sit, hæc interim requisita pro tam necessariis plurimi æstuantur, ut etiam sic dictis Dd. bullatis hanc ob causam Privilegia Dd. competere negent, Guid. Papæ decis. 88. n. 3, Hoeping. cap. 2. s. 6. Sect. 6. m. 2. n. 613. Coler. proceſ. executiv. P. 2. c. 3. n. 13. Ruland. P. L. 1. c. 14. ast sine ratione. Omnis enim fons & origo dignitatum Imperatoria est majestas, & nulla hic adeſt differentia, quum ubique authoritate Imperatoris concedantur, quoniam quod quis per alium facit, ipſe fecisse putatur, illam vero in dubium vocare, crimen sacrilegii effet L. ult. C. de LL. L. fin. C. de divers. Referius. Steph. L. 2. de Jurisd. p. 1. c. 6. m. 1. n. 74. Arumæus ad A. B. differt. I. quest. 5. Richter ad authent. Sabitam. C. ne filius pro patre p.m. 99. Ex eodem fundamento Licentiatum haud frui privilegiis doctorum statuunt Bald. ad L. si duas s. athlet. ff. de

de excus. tot. quoniam nondum biretum acceperant, utpote quod cum aliis insignibus seu investituram accipiunt, Scacias de Sent. & rejud. c. 1. gl. 3. qu. 1. n. 1. Mascardus de prob. V. 2. concl. 5. 28. n. 15. Sed mitiorem pro Licentiatis sententiam fovere, ut in favorabilioribus æquiparentur Dd. me monet Ruland. v. 2. conf. 11. n. 19. Heig. p. 1. q. 17. n. 23. Steph. L. 3. p. 2. c. 14. n. 89. quia in Licentiatis eadem essentialia requiruntur, quæ in Dd. & paria sunt, aliquid jam esse factum, aut proxime facendum, L. 43. ff. de milit. test. sufficit etiam in potentia esse, licet non in actu L. 8. §. 2. ff. de Manumiss. Nil enim officit, quod desint insignia, quum hæc qualitatem extrinsecam potius, quam rei essentiam præ se ferant. Menoch. de arbitr. jud. quest. c. 379. n. 48. illorum vero Licentiatorum renuntiatio, quæ publice siebat, Hoeping. c. 2. §. 6. §. 6. m. 2. n. 587. ob eiusdem raram contingentiam in disuetudinem ferme abiisse putat Stephani al. l. n. 106. Menoch. al. l. n. 18. Klock. de Contrib. c. 15. n. 18. Hæc igitur insignia collata cum probent solummodo quem esse Dd., hinc non sunt requisita necessaria, quemadmodum etiam haud tribuunt scientiam aut idoneitatem, Anton. Maria Corat. L. 1. commun. opin. tit. 6. præsumptiones nihilominus tamen faciunt pro accipiente, quod pro meritis ipsi censeatur concessa dignitas; præsumitur enim pro Dd. quod sit sufficienter doctrina imbutus. L. un. C. de Prof. qui in urbe Constant. 12. L. 1. §. 6. C. de Cod. Justin. compil. L. 2. C. de ponderat. & auri illat. 10. Mascard. vol. 2. concl. 593. Pacian. L. 1. c. 47. n. 44. Menoch. de pres. L. 2. quest. 86. quam præsumptionem vero contraria probatione tolli posse pater ex L. 4. C. §. min. §. maj. L. ult. pr. ff. quod met. caus. Menoch. de pres. L. 1. qu. 31. cum etiam jura permittant, Laureatos propter apparentem satis insufficientiam insignibus Doctoralibus iterum spoliari. L. 2. C. de Prof. & Med. 10. L. 6. §. 6. ff. de excus. tut. Beier. tr. de privil. Dd. P. II. pr. in summ. n. 5.

§. IV. Nunc pervenimus ad equestres dignitates, quas certis insignibus discerni quotidiana experientia docet. Olim quidem necessario requirebatur, ut militibus seu equitibus stigma seu insignia militaria imponerentur. Upton. *de remilit.* L. 1. c. 3. unde versus

Stigma, genus, Scriptura, fides, examen et ensis

Hac faciunt militem Lex dicit Bononiensis.

Hodie vero habemus vel Ecclesiasticas seu religiosas militum aliorumque virorum nobilium societas, ut Teutonicos, Templarios, vel Procerum collegia & familias, equites torquatos, ut aurei velleris, pericelidos & auratos. Menetrier *dans la pratique des Armoires cap. 9.* Klock. *de contr. c. 14. s. 1. n. 72.* Christyn. *art. 5. §. 7. 8.* Hoep. *C. 2. §. 6. s. 5. m. 1.* Steph. *L. 2. p. 1. c. 6. m. 2.* Nod. *de stat. nobil. c. 6.* vid. den nederlandschen herald Thoma de Rouecky *p. 163. & sequ.* qui varia rum dignitarum equestrium insignia profert. Insignia harum equestrium gestans dignitatum illius ordinis equitem se representat, & per hanc etiam nobilitatem suam probat, quia equestris dignitas ignobili collata eum nobilem reddit. Quum enim talis qualitas per se non presumatur. arg. *L. 7. C. de fid. instr. ibid. Gl. L. 1. ff. de prob. cap. 2. de privileg. in 6to. Pacian. L. 2. c. 42. n. 14.* hinc orta locutio *le Gentilhomme naît, le Chevalier se fait,* quia natura non facit equitem, nisi Imperator totam familiam in numerum equitum assumat, ceu hodie exempla habemus & talia allegat Christins. *art. 8. §. 31.* ubi in Diplomate non modo liberi heredesve successores equites creati, verum etiam filiarum mariti, sed dignitas est status accidentalis statui civitatis superveniens. *L. 2. ff. de stat. hom. §. 5. §. de cap. min.* Perez. *ad tit. C. de equest. dign.* ideo qui se in hoc fundat, illum probare debet, quoniam est fundamentum intentionis *L. 10. C. de N. N. P.* Hanc probationem corroboret presumptione, quam pro portante insigne facit, *L. 1. §. 15. ff. de*

*ff. de injur. L. 100. ff. de V. S. c. 12. de sent. excommun. in
6to*, nam ille præsumitur talis , qualem habitus demonstrat.
Menoch. *conf. 902. n. 17. de præf. L. 1. qu. 14. n. 28. & 29.*
& L. 3. pr. 64. Decius *conf. 25. n. 6.* Tiraquell. *de contr.*
Lignag. §. 1. gl. 8. n. 26. Hanc etiam ob causam in nonnullis
equestribus dignitatibus, ut in aurei velleris legibus continetur,
ne cognati torquem aureum retineant, sed principi ordinis re-
stituere teneantur. Nold. al. *tr. n. 32.* Christ. *Jurispr. Heroi-*
ca §. 31. quia haec dignitas non ad heredes transit, d' Argentre
advis sur les partages des nobles qu. 14. n. 9. Olim etiam ex
specialibus vestimentis cognoscabantur milites, nobiles & equi-
tes , ceu ex chlamyde , (quas mantelas suis insignibus solenni
curiositate , ut ait Spelm. *Affiol. p. 66.* ornavere , quale vesti-
mentum græcis Hesygio teste *χιτών ζωδίων* audiebat, nisi quod
hi animalia in ipsis vestibus habuerint, nostri autem equites sua insi-
gnia ipsis inseruerunt), & tunica senephestri, quam insignibus por-
tantum decoratam ipsis armaturis inducebant, qualem figuram
Spel. *all. p. 67.* habet ; vestes enim erant, & sagæ virgatae, ex quibus
docte etiam insignia Bavaria deducta Welser. *Rer. Bojic. L. 1.*
p. 9. quæ sine dubio a vetustis Romanorum vestimentis deri-
vandæ , quia apud hos omnia officia , & dignitates vestimen-
tis erant discretæ . Sic Romani nobiles bullæ & prætexta su-
perbiebant, & calceos lunatos gerebant, quo loco apponenda
verba Peccensteinii *Theat. Sax. c. 9. p. 47.* Welcher Art
Schuhe bey uns Teutschen vor Alters auch sehr bräuch-
lich gewesen , und dieselben nur die Fürsten und der
Adel getragen. & in genere ex nummis Romanis videmus
lituum , albogalerum , cepudenculum aut capedulum &
plurima alia Augurum, Pontificum , Flaminumque *δειγμα-*
ta vid. Ros. *in antiqu. Roman.* Ex toga picta, palmata ac
trabea dignoscebatur dignitas consularis , per quem habitum
etiam nummos consulares judicat du Fresne *de infer. evi-*

E a numism.

numism. n. 14. & purpura vendit caudiculum Juvenalis canit.
 De vestimentis, queis Clericatus dignitas ornatur, ut *σιχάριον*,
δαλωτίου, *κοράλλιον* conferatur Ziegler. de *Diacon.* & *Diaconiſ.*
 c. 12. f. 27. quo hodierra vestimentorum genera amabilis stola
 la amabilioribus stolæ juribus nomen præbens pertinet. vid.
Canoniftæ. Hodierno tempore certa officiorum genera in judi-
 ciis etiam ex vestimentis dijudicamus arg. O. C. P. 1. tit. 8. &
 Advocati & Procuratores; in judiciis bene institutis certis or-
 natibus distincti procedunt, ceu etiam alias Ministri, ut pedelli,
 lictores colore Heraldico Magistratus induiti signum sui officii
 & inviolabilitatis præferunt, arg. O. C. p. 1. tit. 35. f. 9. quo
 etiam referendi tabelliones, serui, laquais, qui colorem Domini-
 norum gerunt, *Canzeley- und Cammer- Bothen, Postillions* vid.
 Becht. de *secur. th.* 209. Ackold. von dem *Post-Regal cap. IV.*
 Has omnes vero præsumtiones hominum & non Legis esse per-
 se clarum, quia in jure non sunt expressæ, sed ab hominibus
 excoigitatæ judicis arbitrio relinquuntur L. 32. ff. de min. L.
 21. f. 3. ff. de *testam.* L. 47. ff. de *donat. inter vir.* & *ux.*
 Non autem ideo cum Paciano adhibita distinctione L. 1. c. 9.
 putandum, haud transference onus probandi in adversarium, sed
 tantum admisiculum probationis esse, nam licet quis fraudu-
 loſe insignibus dignitatis uti possit, quum haud sit ipsa ornatus
 dignitate, & ob id qq. crimen falsi committat, L. 27. f. ult.
 ff. ad L. Cornel. de *Fals.* L. 3. ff. ad L. J. Majest. c. 1. X. de
 cler. non ord. Menoch. de *arbitr. jud.* qu. c. 6. c. 532. 318.
 & 320. quemadmodum etiam ille, qui olim frauduloſe al-
 terius nomen affumebat, apud Romanos lege Cornelia de Fal-
 sar. coercebatur. Petr. Aerod. *pand. recogn.* L. 9. tit. 2. f. 1.
 nihilominus tamen præumptionem insignia pro gestante præ-
 bere tam validam ut onus probandi transferant, arg. L. 14. ff.
 de *probat.* affirmo vid. Menoch. L. 1. qu. 33. n. 99. quia di-
 gnitas per quasi possessionem probatur. Argentre in *confue-*
tud.

end. Britan. avis sur les partages qu. 23. & art. 106. gl.

I. n. 12.

S. V. A dignitate majori vel minori jure proedriæ dependentे Crus. de jure Pradr. c. 1. n. 3. cum dignitas per insignia probetur, præcedentia etiam per insignia probari potest. Noh vero hic nobis sermo erit de armis gentilitiis, & probartione per illa proedriæ familiarum, de qua vid. Kniechen, de Sax. non provoc. c. 2. n. 99. que arma inter præcedentia titulos non recte numerari putat Gothofr. de præced. in oper. T. I. o. 3. f. 25. quoniam arbitraria plerumque sunt pro lubitu tantum assumta, nec adhuc expeditum est, quænam sint insigniora arma, quia sepius illa mutantur. Crus. cap. 5. n. 6. Sed enim vero non modo ex antiquitate armorum præminentiam sibi vindicant familiæ nobilium; quum ex antiquitate armorum antiquissimam originem deducere possint, vid. Tiraquelli & Nold. tr. de nobilitat. & illi qui specialius de nobilibus egere, ut Peccenstein in theatr. Saxon. c. 18. p. 261. Bemman. in der Anhaltischen Hist. p. 4. c. 5. qui nobiles Anhaltinos, ceu ille Saxonicos & eorum insignia recenset & explicat; Angelus in der Holsteinischen Chronic, qui nobilium Holsticorum familias & insignia describit, & elegans exemplam in familia de Ranzau cap. 26. habet, ab Imhof. notit. procer. cap. 18. Menetrier de diversis nobilitatis generibus, eamque probandi modis. Michael Braun in dem Adelichen Europa und noch viel- Edlern Teutschland p. 159. qui liber lectu dignissima continet, hinc inde etiam ob antiquitatem majorem gloriam sibi vindicent, ceu dicit Kniechen de Saxon. non provoc. jure c. 2. n. 37. absolutam censerii & perfectam nobilitatem antiqua prosapia oriundam, & quo antiquorem dignitatem eo illustriorem esse; (quia fluminis instar est nobilitas, quæ quo longius procedit, eo magis augetur) sed etiam ratione concedentis insignia sibi adjudicant proedriam, ut dignior ille estimetur, quanto a præstantiōti &

eminenter insignia & dignitates acceperit. c. 7. X. de Majorit. & Obed. L. 2. ff. de alb. scrib. Menoch. conf. 51. n. 29. Gilken ad auth. quas actiones C. de S. S. E. n. 2, hinc Chaffan al. tr. P. I. conf. 38. conol. 36. illum, qui arma a principe habet, præcedere debere alterum, qui non habet, statuit, & de liliis & aliis regiis figmentis plura habet. p. 5. confid. 31. Hic solum loquamus de insignibus dignitatum, ex quibus fluit jus proeminentiae. Giurb. de success. Feud. §. 2. gl. 13. n. 57. Abbas privilegio gaudens deferendi pontificalia insignia præcedit Abbatem hanc prærogativam non habentem. Pac. L. 1. c. 29. §. 6. & Chaffan. p. 4. conf. 32. p. 182. cum tractat controversiam, an Abbas præferatur Canonis Ecclesie cathedralibus, duodecimi argumcnti loco pro Abbatе concludit, quoniam ut plurimum ex privilegio & consuetudine insignibus pontificibus utuntur. c. 6. de privil. in 6to & Episcopum, qui habet pallium, præcedere alios Episcopos scribit Chaffan. p. 4. conf. 26. Majori gloria & honore etiam digni habentur Abbates mitram deferentes, quam non mitrati c. 6. de privil. in 6to vid. Bald. v. 1. c. 387. Ahasverus Fritsch. observ. J. Eccles. obs. 24. ob insignia licentiatum Diacono præferendum esse putat. Nam quo majoribus insignibus quis utitur, eo majoribus præfulget honoribus, & eo digniori loco collocari debet. c. 15. X. de vit. & hon. Cler. Decian. v. 3. resp. 19. n. 32. quia significant in vestituram dignitatis, licet haud conferant plenam ejus possessionem, ut notat Dyn. Maxell. ad reg. J. Can. reg. 1. n. 18. Exemplum ex antiquitate assert Menochius conf. 126. olim apud Romanos tempore Augusti Cæsaris proconsules majori dignitate gavilos fuisse, quam Præsides provincie, licet a Cædere creatos, quoniam insignia portaverint, qui etiam conf. 902. n. 16. & 17. dignitatem majorem ex vestibus jure cognosci posse scribit vid. §. 4. Et hæc ita se habent, ut etiam pluralitas dignitatum majorem conciliet proedriam, quæ plerumque

ex



ex insignibus cognoscitur *L. 1. C. de silent. L. 1. de primic. & sec. & not. L. 3. C. de dign.* Decian. *v. 3. c. 19. n. 211.* Cravetta *conf. 982. n. 4. & 6.* Natta *conf. 638. n. 18.* qui in causa praecedentia inter Ferrariae & Florentiae Duces hoc argumento pro priori usus, quod plures Ducatus possideat.

CAP. II. de

Probatione per Signa & Symbola.

S. I.

Per Signa & Symbola tam frequens, tamque universalis in vita quotidiana occurrit probatio, ut omnes species recensere impossibile quid involueret. Communia modo prolaturus nil sepius quam rei traditionem & possessionis translationem per insignia expediri & probari credo, *Gail. L. 2. obs. 55. n. 10.* *Hæping. c. 13. f. 3. n. 207.* Id quod quidem in emtionis venditionis materia cum grano salis intelligi debet. Emtione siquidem perfecta, quod tribus modis in jure continet. *Molin. de J. & J. tr. 2. d. 366. n. 12.* ad emtorem reguliter periculum spectat, quia est commodum emtoris, hicque creditor & vendens rei debitor putatur *f. 3. f. de E. V. arg. rub. ff. de perit. & comm. rei vend.* Pro imperfecta autem ratione periculi habetur emtio rerum fungibilium, *Bachov. ad f. 3. f. de E. V.* nec non emtio certi generis sine individuo monstrato. *arg. L. 1. & 8. ff. de per. & comm. rei vend.* quia genus non perit, ita ut periculum ad venditorem pertinet, nisi res fuerit tradita; hinc questio volvitur, an signatio rei emtae ab emtore facta sit loco quasi traditionis, & sic periculum trasferat; aperte id affirmat *L. 14. f. 1. ff. de p. & r. rei vend.* *Molin. de J. & f. tr. 2. diff. 13. n. 16.* sed huic obloquitur *L. 1. f. 2. ff. eod. tit.* quas leges conciliari posse credo,

do , si dicamus , signaturam loco traditionis haud esse in rebus , quae consistunt pondere & mensura . Molin . ad C. b. t. n. 40 . quia imperfecta ejusmodi venditio semper sub hac conditione , si res ad mensa fuerit , accipitur . L. 5. eod. tit. licet sit loco traditionis , quando genus venditum & species signata . Quodsi vero res fungibilis tanquam corpus & species emitur , e. g. vas quoddam vini aut olei , propter identitatem rationis illam signaturam loco traditionis esse puto arg . L. 35. §. 5. ff. de Contr. Ent . Rationem hujus differentiae suppeditat Meier coll . J. Arg. tit. de per. & com. n. 4. quoniam materia statim auferri posset , sed vinum signatum licet haud statim auferri posset , ast prius admetiendum est . Quæ explicatio harum legum , ei- quo subjuncta ratio differentiæ , magis mihi placuit illa , quam habet Stracha de Mercat . P. 2. n. 90. Brunnem . ad L. f. ff. de p. & c. Salicet ad L. f. C. eod. tit. nec Hoepingio ad stipulari possum c. 13. §. 3. n. 229. distinguendum putanti , num in orificio doli , num ante vel retro fuerit signatum . Hoc igitur in casu , quo rem venditam jam ab emtore signatam alteri vendiderim & tradiderim contra L. 6. ff. de diu . & temp. præsc. prior emtor præfertur , quum hic signatio traditionem involvat , id quod in curiis Mercatorum quotidie observatur . Gail . L. 2. obs. 55. n. 20. Menoch . de pres. L. 3. p. 64. Brunnem . ad L. ult. de per. & c. n. 63. Ita spectant alii modi transferendi possessionem per signa & marcas , ceu effestucatio , scotatio , de quibus legi merentur Matth . de prob. c. 4. n. 37. Stryck . de possess. instrum. c. 1. n. 36. Sande Tr. de effestuatione p. t. c. 2. X. de consuetud. & Beat . Parenſ comment. ad Decret. eod. tit.

S. 11. Hanc ob symbolicam traditionem & possessio- nis translationem Romanis olim prohibitum erat , rebus con- troversis ac litigiosis signum suum apponere tt. C. ut nemini li- geat sine jud. auth. sign. quia cum res esset litigiosa , nemini

līcebat sibi propriare & adjudicare , atque per appositionem signaturæ attribuere , quin potius poena signantium confisca-
tio bonorum erat. arg. N. 17. c. 15. cui jungenda N. 164.
ex qua Perez. ad tit. C. ut nemini privat. līceat. demonstrare
studet, titulos rebus immobilibus, signa vero mobilibus imposta
fuisse, cujus contrarium tamen Math. de Prob. c. 2. n. 58. erudit
evincit. Alii porro in hac materia considerandi tituli C. de his qui
potent. nom. titul. pred. affig. tt. ut nemo privat. tit. pred. suis
vel alien. imp. l. regia vela suspendat. Hæc vela regia capienda
esse vult Menoch. arbitr. jud. quest. c. 338. n. 11. pro signis
concessionis salvaguardiæ, quæ penuncelli appellantur, & ap-
ponuntur in prædiis hastæ affixa , sed antecedentes & conse-
quentes tituli C. de plane diverso loquuntur argumento, non
enim simpliciter prohibentur vela , quia in his tituli præfere-
bantur, sed tantum purpurea, insignia Imperatoria, πάχη ὑπο-
τέρε φυεξ ut ait Agathocles , quæ prætentia erant foribus Prin-
cipum, alia quidem in sic dicto consistorio , alia ante iatimum
conclave σιλεύνασθιον, hinc proverbium explicandum in L. 5.
C. de Naufr. velo levato causam cognoscere , & sic recte de
processu summario intelligitur. Hodie cum in causis litigiosis
ex armorum appositione jura probentur , Wesenb. c. 25. n.
89. & in peratit. C. ut nemo priv. ac sepius quoque inter Prin-
cipes Imperii ad arma res deveniat , saluberrimam habemus
constitutionem in O. C. P. 2. tit. 21. quæ quidem proprie de in-
terdicto retinendæ possessionis accipienda est, de possessorio
adipiscendar tamen etiam intelligi posse affirmat Gail. L. 1. obs.
5. n. 8. Hoc modo ergo per signa non modo possessio rei
immobilis probatur, sed & caterorum jurium, ut jurisdict.
juris venand. secund. constit. O. C. P. 2. tit. 25. Pignoratione
enim res aliena in tesseram novi juris acquirendi sepius capitur.
Gail. de pign. Schwanen pr. Cam. L. 1. c. 12. & possessio juris
criminalis quotidie signis externis evincitur. Besold. conf. Tub.

3. & 223. Fiscus vero hodie etiam rebus litigiosis, seu apud Romanos principum titulos affigebant, apud Græcos bona ad fiscum devoluta cippis aut collumellis ὄγοις arguebant, tabulis bonis insignia Magistratus apponit, aut signaculo ea ob-signat. Quare hominibus mortuis, vel ad simplicem libellum, vel ex officio ob rapacitatem creditorum, aut nimiam cohæredum aviditatem, aliasque ob causas, bona per Actuarium vel Judicis commissarium obsignantur. Perez. ad tit. C. ut rem. licet sine jud. auth. quomodo creditores per festucam sibi prospicere possint. vid. Stryck. *dissert. de possess. instrum.*
s. 2. n. 14.

S. III. Possessionis translatio quomodo per signa elucescat, paucis perspeximus, dominium vero quomodo probetur multis ampliationibus & limitationibus, queis plerumque obscuriorēm se reddere solet, vir alias doctiss. Hœp. demonstratum ivit. c. 13. §. 3. n. 268. Animalium dominium per stigmata illis plerumque inusta probatur, arg. L. 3. C. de Fabric. L. 10. C. de aqued. L. 8. ff. de fugitiv. Mascard. de prob. v. 2. concl. 91. quia res præsumitur esse illius, cuius est sigillum, quo signata extat. Surd. conf. 126. n. 15. conf. 61. n. 28. Mascard. v. 1. concl. 157. n. 3. & conclus. 160. Math. de Affl. decis. 23. n. 4. Meischner. T. 3. decis. 3. n. 22. Gonfalez. ad reg. 8. cancell. gl. 60. n. 62. Hæc vero stigmata non modo animalibus, sed & olim hominibus inurebantur, non semper ob facinora perpetrata L. 1. §. f. ff. de fug. ibique Goth. sed interdum etiam honori ducebatur, & multis ex causis siebat. vid. Gothofr. ad L. 2. C. Theod. de pen. & Dn. Spizius de stigmatiis. Aliud exemplum probationis dominii luculentum per signa nobis præbent Ballæ mercatorum, quæ specialibus signis ac mercis semper notatae, ut ideo alteri etiam hisce signis uti non licere putet per L. 1. C. de navic. non excus. L. 11. L. minimum C. de Episcop. and. Marquard. de jure Mercantura L. 9. c. 9. n. 8.

9. n. 89. consl. Marpurg. *conf.* 28. n. 200. 201. Hoeping. c. 2.
 n. 1034. sed non est tanta haec legum contrarietas, ut contrarium potius valere statuamus cum Straccha de Mercatura p. 26. n. 94. Licet Hoeping. hunc. cum Bartolo tr. *de ins.* n. 5.
 & 6. pro sua sententia alleget, quod in farragine allegatorum authorum Hoepingio sepiissime accidit. Nec minus huc etiam signacula alia opificium *Handwercks-Zeichen*, e. g. *Zeichen damit die Tücher probirt und gesiegelt werden*, panificum, Auriſicum, item stanniorum, *Bier und Wein-Zeichen*, Bacilli fisi Kerb-Holtzer, Kerb-Stücke, Färber- und Gärber-Zettul pertinent, de quib. vid. Richt. *decis.* 112. n. 13. Jacob. Bornitius in *tr. de instrument. cap.* 51. 53. 55. Hæc vero signa & merca plene haud probant, sed modo præsumptionem inducunt, quæ tr. fortiori præsumtione & contraria probatione potest elidi. Straccha de Mercat. p. 2. n. 82. arg. c. 12. X. *de sent. excom. in 6to*: Lau-terb. in *dissert. de Jure in Curia Mercatur. us. th.* 307. Lucas. de Penna ad L. 7. C. de Fabric. n. 5. & Chass. C. G. M. p. 1. *concl.*
 3. non modo præsumtive, sed etiam directe & plene probari dominium putat, per L. 3. C. de Fabric. 11. arg. L. 10. C. de aquad. i. L. 1. in ff. de serv. fugit. L. 14. §. 1. de p. &c. Sed falluntur sua opinione & ad allegatos textus haud adeo difficilis erit responsio. Per signa igitur apposita non modo dominium nobis acquirimus, sed & illud continuo reservamus, car telles marques, inquit Argentre *advis sur les parages qu. 25. va- lent non seulement & emportent tradition des possessions, mais même conservation & retention*, id quod in perfecutione apium contingit, nam licet alias volvres, quarum fera est natura §. 15. J. de R. D. quod si animum revertendi amittunt, occupantis siant, quamvis a primo possessore signo fuerint notatae, quod signum ipsi haud dominium reseruat, quia nemo facere potest, quin leges effectum suum haud nanciscantur. L. 55. ff. de Leg.

1. L. 38. ff. de part. Mascard. p. 1. concl. 177. tamen apes, quæ tam diu nostræ esse censemur, quamdiu nostra custodia coercentur, si vero evasæ oculos noſtros effugiunt, nostræ esse desinunt s. 14. f. de R. D. Dominus aut Pedicularius (nam quemadmodum per procuratorem dominium acquirere, sic etiam per illos retinere possumus L. 13. s. 1. c. ff. de A. R. D.) infuscatus haud amittit L. 1. s. 4. ff. de ARD. modo in tessera perfecutionis & animi retinendi Dominium signum in arbore faciat. Hildebr. D. N. Consobrini mei maximopere colendi Intr. in princ. Jur. L. 2. tit. 1. c. 3. s. 12.

S. IV. Inter probationes per signa & notas praetextis porro referri meretur probatio per arrham datam. Quemadmodum enim in omnibus actibus omni ævo certa quedam symbola fuerunt adhibita, ut in additione hereditatis crepitus digitorum, in manumissionibus rapismata, alapæ, circumactio in gyrum, in contractibus excalceatio, in feudi investitura gladii annuli, vexilli traditio, æs & libra in testamentis Math. de prob. cap. 5. s. 9. Cloden. de ritu excalceandi in contract. usit. chirothecæ apud Saxones olim donationibus, traditionibus & cessionibus rerum immobilium adhibebantur; ita & in primis arrhae notæ erant contractuum, quæ quidem essentiam s. substantialia actus haud efficiebant, sed solum adjecta erant, ut quod gestum fuit, inde probetur L. 33. pr. ff. de C.E. prin. f. cod. tit. inter has annulus præcipue usitatus erat non modo in contractibus L. 5. s. 15. de insit. atf. L. 11. s. 6. ff. de act. emt. vend. Lauterb. disput. de arrha th. 61. sed & in sponsalibus c. 3. qu. 5. c. 30. c. gemma X. de spons. c. 7. c. 30. qu. 5. (Hic ridicula ratio, cur quarto digito sinistre manus impontantur, quoniam hic vena ad cor penetrat.) & adhuc hodie frequenter adhibetur Cœpp. L. 1. obs. 26. n. 6. Peter Muller de ann. pronabo ut sit signum præcedentis consensus sponsalitii arg. cap. 25. X. de spons. L. 4. pr. ff. cod. Beust. de jure commub.

tr. de

tr. de matr. p. 164. Havemann *Gamol. L. 1. tit. 7. n. 8.* Kitzel in *Synopsi matrimon. c. 5. th. 6. lit. f.* Sanchez. *de matrim. L. 1. de Spons. diss. 23. n. 1.* Quomodo vero matrimonium vel sponsalia probari possint per annulum, disputat Menoch. *de pres. L. 3. pr. 2.* & Mascal. *de probat. concl. 1025.* Fontanella *de pacif. rupt. class. 7. gl. 3. p. 6. n. 52.* Sanchez *de marrim. L. 2. diss. 27.* Cum hodie declaratio matrimonii in Ecclesia coram Sacerdote per benedictionem fiat, Carpzov. *Jurispr. const. L. 2. de fin. 63. n. 7.* DN. de Hohmann. *de benedict. sacerd. per annuli dationem matrimonium vix probari potest.* Sponsalia tamen annulus probat & quidem concurrentibus circumstantiis presumuntur pro matrimonio & contra dantem annulum, ut probet, vel non datam aut acceptam ea mente ut esset arrha conjugii c. 11. X. *de pres. c. 1. de matrim. contr. interd.* Math. *de probat. cap. 8. n. 42.* Costan. *de spons. p. 34. n. 9.* Annulus Regius, qui in omnibus ferme coronationibus adhibetur, etiam signum traditi imperii & factae desponsationis imperantis cum imperio esse solet, quo desponsatio Reip. Venetæ cum mari Adriatico pertinet.

§. V. Cum de modo probandi per signa hucusque nobis sermo fuerit, in criminalibus vero causis plena fides & probationes luce meridiana clariores requirantur. *L. ult. C. de prob.* Berlich. *concl. 54. n. 5. & 6.* Carpz. *p. 1. const. 23. def. 1.* videbimus, quantum per signa probationes in hisce valent, & indicia & signa quedam, qua alias pro uno eodemque habentur, Menoch. *de pres. L. 1. qu. 7. n. 31.* Mascalduus *qu. 15.* scrutabimur. Mirandum sane est, tamdiu apud veteres temeraria Dei tentatione correptos probationes vulgares floruisse, vulgi usurpatione introductas, quas exploratorias & paribiles leges appellabant, quoniam rem non scire sed apparere tantum faciunt. Ab Ethnicis hosce explorandi modos provenisse stolidos Sophoclem in Antig. allegat Borchol-

ten in consuet. Feud. c. 7. n. 52. & Covarruvias L. 1. variar resolut. c. 23. in verb. καὶ μόδης ἀργεν χεροιν, καὶ πῦρ διεπτευ, nec non Dion Halicarnas. L. 2. antiqu. comprobat. Fiebant per aquam vel calidam vel frigidam, & per candens ferrum. vid. Math. de prob. c. 2. n. 84. Schottel de veteribus jurib. Germ. Kleinius in Dissert. de prob. per aquam & ignem. Germanis veteribus Rhenus huic usui inserviebat, hinc Poeta canit: Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus, quoniam ex impositione infantum Rheno cognoscabant, num spurii, num legitimi essent, & in Rheno etiam purgationem adulterii perficiebant, ut ideo Nonnus in Dyonisiacis Rheum non in eleganter ἐλεγχίσανον appellebat. Aqua vero tam calida quam frigida solennitatibus adhibitis ante probationem consecrabatur, qui erat ritus antiquus sacrificiorum, quarum consecrationum formulam ex Aventino L. 4. annal. Boj. allegat. Camer. hor. succis. cent. 2. c. 18. Sed Dellrio de reb. Mag. L. 4. c. 4. quæc. 4. f. 4. exactiores formulas, quas exhibet, se invenisse gloriatur, inter quas haud invenio illam, quam ex Gold. T. II. rer. Alem. profert eruditiss. Gundling. in Otiis c. 3. von der Kunigunda vermeinten Keuschheit. §. 9. Haec probatio prohibita est a Stephano V. vid. c. 20. c. 2. qu. 5. nam quod can. memmam. c. 11. q. 5. attinet, nil de hac in Epistola Gregorii inveniri testatur Dellrio. Exploratio per panem hordaceum & caseum, quam Angli consuet appellaturunt, huc etiam spectat, Beat. Paren. ad tit. X. de prob. vulg. §. 4. & in dissert. de panibus civilibus nec minus etiam probationes per crucem, per sortem huc referri possunt, vid. Math. de prob. c. 1. n. 9. Goldelm. tr. de Mag. L. 3. c. 5. Monomachia pariter olim haud exigua species probationis fuit, ita, ut omnis controversia tam publica, quam privata certamini fuerit ex arbitrio commissa. Mod. in pand. triumphal. L. 2. T. 2. Schub. de lud. equestr. c. 5. §. 12. 13. qui multa exem-

exempla profert. Memorabile haud prætereundum puto exemplum, quod habet Siegb. in Chron. Otton. l. a. 942. Wittek. Saz. L. 2. p. 644. ap. Meibom & ex illis Lehm. sub Otton. l. contentione in Germania orta inter patruos & nepotes de hæreditatis jure Ottoren comitia indixisse, sed cum inter Principes dissensio orta, duello res commissa est. Vicit pars, que filios filiorum computabat inter filios. Hottomanni *quest.* illustr. L. 1. qu. 3. errorem hic arnotare lubet, qui multos eruditissimos Viros decepit, scribentis inter principum & civitatum Legatos in hac controversia conveniri non potuisse, ex hoc enim Heiderus, Knipschild aliique jam tempore Ottonis civitates imperiales fuisse comitiorum ceu hodie participes deducunt, sed ne minimum quidem de hoc in Wittekindo, & Siegberto invenitur, & omnes hosce Autores ipsos haud evolvisse, sed usitato scribentium more à charta in papyrum transstulisse apparet. Limnaeus in *Addit ad L. 5. J. P. c. 7. n. 10.* inter causas judicij provincialis Burggraviatus Norici expresse refert, die *Kampff-Recht-Sachen* earumque processum per ordinationem des *Kampff-Rechis* declarat. Licit enim illis seculis-duella erant, & eo processit ignorantia judiciorum, ut etiam libere peragerentur judice coram rei litigiose, ceu solennitates describit Upton de R. M. L. 2. c. 5. & in Legibus Longobardorum viginti causas reperirentur, qui per duella litigantium decidebantur, & octo causas, in quibus pugna non per partes principales, sed per campiones personas infames fiebat, de quibus vid. du Fresne *Gloss. voce: campio*, licet alias etiam viri equestris pro liberatione innocentis pugnare obligati erant per verba Legum: pro liberatione cujuslibet innocentis duella inire. Schub. *all. 4. §. 13.* Imo etiam lites inituri publice coram Ecclesia preces effundebant, quod ex veterib. liturg. probat Seld. in *colloq. mens. p. 18.* Reprobata hæc monomachia per c. 12. X. de cler. pugn. duel. & novissime omnis

omnis probatio vulgaris damnata per t. t. X. de purgat. vulg.
ibique Parenſ.

S. VI. Ab hisce ritibus adhuc derivandam esse puto
probationem, quam in Westphalia usque ad nostrum fere
æxum usurpatum fuſſe nonnulli contendunt, quaꝝ probatio
per aquam frigidam vere quoque eſt frigida, Sinold. Schüz ad
Inst. diff. 25. th. 19. l. 6. & a communi Dd. Schola rejecta
eſt, Gedelm. de Mag. & venef. L. 3. c. 5. Conring, de judic.
in Rep. recte instiſ. th. 274. vid. Goldasti ab Heimensdorf. tr.
von Hexen process. Defendere hanꝝ probationem haud eru-
buere viri doctissimi, quos refutat Dellrio L. 4. c. 4. q. 5. ſ. 1.
Jus cruentationis & feretri, das Baar-Recht ejusdem eſt valo-
ris, & probatio etiam vulgaris & incerta eſt contr. l. 6. ff. de
prob. & præf. l. 5. C. de peric. tut. & cur. vid. Hundshagen
in diff. phys. de filicidio sanguinis in homine violenter occi-
ſi, & innumeri alii de hac materia tractatus. Dolendum
modo eam adhuc ſepius in noſtris bene institutis judiciis adhi-
beri, quo fine, qua ratione ipſe ſcire cupio. A natura arceſ-
ſere hanꝝ probationem multi contendunt, ſibi quoque ſic bla-
nditur Dellrio al. l. & ob id carpitur a Conring. al. diff. th. 271.
Sed ſupramundana illorum Philosophia eſt, & extra circulos
progressa. Satius omnino eſt, in dubio impunitum relinqu-
re facinus nocentis, quam innocentem damnare. l. 5. pr. ff. de
pen. Coronidis loco hic quæſtionem adhuc apponere liceat:
annon ex signis in facie occurribus contra delinquentem in
criminalibus poſſit probatio formari? Vultum hominis prodi-
torem eſſe multi affirmanſ, arg. c. 5. X. de concess. prab. & ex
aspectu & exterioribus signis animi vigorem cognosci poſſe
ajunt; unde orta artes chiromantica, Physiognomica &c.
vid. Claramont. de conject. hom. affect. Camer. in hor. succis.
c. 2. c. 6. & Cicero in oratione pro Quinto Roscio Comædo, non
ne ipſum caput & ſuperclilia illa penitus abraſa oleo mali-
tiam

tiam & clamitare calliditatem videntur. Ex pessima physiognomia oriri indicia putat Menoch. de *pref.* L. 1. q. 89. n. 130. quum in genere naturam arguat corruptam, ut proverbio ansam dederit, *der Kerl hat ein schelmisch Gesicht*, sed enim vero caute hic procedendum est, & multa, opus est, concurrent adminicula, si quando faciei lineamenta quicquam suspicionis operentur. Hanc ob causam Carpz. *præf. crim.* p. 3. q. 120. n. 19. leve admodum hoc indicium, & absque aliis adminiculis id ne quidem ad territionem sufficere non sine ratione putat, nihilominus tamen tanta illius ratio habetur, ut semper plus suspectus habeatur deformis, vid. Stryck. *de Physiognomia* c. 3. Hæc de probatione per signa ob materiarum connexitatem, & ut Censoribus occasionem Judicandi me in dissertatione Inaugurali juridica plane nihil ex Jure Civili protulisse eri piam, proponere volui.

CAP. III.

de

Probatione per Insignia & Arma Gentilitia.

S. I.

DE probatione per arma gentilitia & insignia acturo mihi statim obvenient lapides limitanei, quibus plerumque armis ornatis, his ipsis probatio finium & lapidum finalium instituitur. Sic etiam notorii & evidentes limites existunt, & manifeste ex rei evidentia veritas constat. Myns. *cent.* 21. *obs.* 25. Bald. *v. 6. cons.* 420. *n. 1.* quia ex oculari inspectione controversia limitum dirimitur, & evidentia talis facti probatione haud amplius indiget. Spec. L. 2. p. 2. *de prob. s. dividend.* *n. 9.* In discernendis vero limitibus & finibus territorialium tam naturales termini usurpantur, ut flumina, lacus,

G

saxa



saxa, montes, valla, quia signa perpetua ac immutabilia sunt, Myns. all. l. n. 4. Bald. al. l. Thilm. a benign. *decis. camer. syn-*
tag. 58. decis. 4. v. 2. n. 32. Beat. Parens *dissert. de jurib.*
fin. c. 3. Sekendorf. *in teutschchen Fürsten-Staat p. 2. c. 7. p.*
m. 49. vid. Acta Waldeck contra Ostfriesland, p. 6. 7. 8. quam
 positi Limites, lapidesque, *Land-Steine, Land-Gräntzen*, a corona,
 quoniam terram circumdant, sic appellati. Quod terminos naturales attinet, illi sepiissime attenduntur in litibus finium territoriorum, praesertim vero, quod si arma ipsis fuerint
 apposita. Oeting. *de jure limit. p. 1. c. 18.* Ferner uerden
 die selbst gewachsenen grossen Felsen zu Marchen genommen,
 und wann man der Gräntzen halben nicht vergebviess,
 und in Zweifel stebet, selbige vor richtig unterziel erkönnt,
 und das um so viel mehr, wann sie gezeichnet, dahero man
 auch gemeinlich dero Herrschaft Wappen, deren gerecht-
 same sie unterscheiden, zu machen pfleget. Non etenim valent
 natura & sua vi, sed ex conventione & arbitrio Dominorum
 dum demum vicem limitum subeunt, quæ conventio ex appo-
 sitis armis patet, Hieronymus de monte c. 15. n. 17. Lapi-
 des limitanei, aut columnæ, *Bamsteine, Mahlsteine, Herr-
 lichkeit-Steine, Pfale*, ceu in vetustis monumentis nominantur,
 olim nominibus Dominorum, hodie per Rescriptum Imperat.
 Theod. & Valent. *in l. 2. C. de Frum. Alex. L. 11.* insignibus
 Dominorum, quorum secernunt territoria, sunt condecorati.
 Chass. C. G. M. p. 2. 38. *concl. 55.* Rutger Ruland de Com-
 miss. p. 2. L. 6. c. 3. 27. Hieron. de Monte tr. fr. reg. c.
 19. *in pr.* Oeting. c. 20. Per haec enim cognoscitur, an lapides
 tantum limitanei, nec ne, & sic judicatum fuisse testatur Six-
 tin. *conf. Marp. v. 3. c. 8. n. 38.* Thilman *decis. camer. s. 4.*
d. 4. v. 2. n. 37. Deductio Lindaviensis p. 360. *in verbis:*
 Hingegen die äußere oder der Stadt Lindau gesetzte hoch-
 und niedere gerichtliche Marchung, auch nicht des Reichs-

Adler

Adler, oder des Stifts Marien-Bild, sondern wieder neben dem Gräflichen Montfortischen Wappen der Stadt Lindau Zeichen, oder Linden-Baum vor Augen stellet, als ist von Rechtsweg zu weder zu vermuthen, noch zu glauben, noch zu statuiren, daß die gesetzte March-Steine Unterschied der Reichs-Vogtey und der Montfortischen Herrschaft mit sich führen, sondern daß sie vielmehr der Stadt äußerste terminey gegen Montfort bedeuten. Hos lapides insignibus notatos Scriptura publicæ æquiparari scribit Hieron. de Monte c. 15. n. 14. quia veteribus monumentis in quæstione finium statur, vid. doctiss. tr. Paridis de Puteo *de finib. feud. c. 11.* quam vim illis addunt apposita insignia, quæ probant lapidem terminalem, ut etiam nec tesserae, nec nota alias adjici consuetæ hic requirantur. Licet Oeting. contrarium defendat c. 17. *etliche haben in Gebrauch, daß sie keine Zeichen darzu legen, und halten davor, daß sie genugsam bezeichnet, wann der Herrschaft Wappen, daran gemacht seye, aber der sicherste Weg ist, daß die Steinsezer zu selbigen ordentliche Zeichen und Steinlein legen, quod in tantum admittendum, quoniam sepius per temporis intervalla lapides sic corrumpuntur, ut vix insignia sint conspicua, & tunc ex hisce testibus probatio finalis lapidis desumitur.* Ponuntur ab illis Dominis, quorum territoria sunt contigua, & ut ab omnium simul deputatis Commissariis constituantur, opus est. Lindauische Deduction p. 360. Danach ist aus denen Rechten bekannt, daß ein jeder in seinem ledigen und einigen territorio uvol Marchen aufrichten und einseitig bezeichnen, aber auf denen Gränzen desselben, wo es an ein anderes Gebiet hoffset, kein Mahl- oder Schied-Steine vor sich selbst alleine, sondern dieselbigen neben und mit seinem Anflößer insgesamt sezen, und mit beider Wappen bemercken soll. Alias enim pro constitente haud probant termjni finium, quemadmodum etiam nec scriptura pri-

vata pro scribente regulariter quicquam probat. L. 5. C. de probat. Nicol. de Paffer de script. priv. q. 4. n. 143. Carpz. p. 1. conf. 17. def. 18. imo nec publica scriptura probat in alterius præjudicium, nisi eo consentiente facta fuerit per l. 7. C. de donat. Matth. de Afflict. decis. 82. n. 3. Felin. ad c. cum causa n. 3. de probat. Sic estimum non probat, nisi inter eos, qui consenserint estimo. Bald. ad l. penult. ff. inf. de condit. inf. Guid. Papa decis. quest. 193. n. 1. Bald. in rubr. C. de fide instrum. hinc Bartolus ad l. 1. pr. ff. de bonorum possess. sec. tabul. n. 3. scripturis antiquis, ait, factis in lapidibus haud credi, nisi partium voluntate fuerint scriptæ.

§. 11. Si igitur communiter a pluribus vicinis Dominis limites lapidanei ponuntur, eorundem Dominorum insignia vel peculiari lapidi imponuntur. Krebs de ligno & lapide P. II. S. 3. §. 14. Oeting. P. I. c. 17. n. 22. Wann an einem Ort dreyerley Herrschaften zusammen Gränzen, setzt man drey besondere Marck-Steine, ut lapides a se invicem sint distincti. Parens beat. de juribus fin. c. 3. vel uni lapidi insculpuntur insignia duo aut tria Dominorum contiguorum in peculiari ad id formato latere ad territorium respiciente. Oeting. al. l. n. 23. aber förmlicher ist es, daß man einen dreyeckigen Stein dazwischen nehme, und selbigen also richte, daß ein jedes Eck auf ein gewisses Untermark vweise. Parens. al. l. De ductio Lindav. p. 360. Diez veil dann die ex adverso angezogene Fried-Seule nicht wie andere Land-Steine mit unterschiedlicher Wappen anstossender oder zusammen grenzender Herrschaft, sondern nur auf einer Seiten mit der Stadt Lindau Laub bezeichnet, auf denen dreyen übrigen aber leer und ohne einiges Gemärcke. Scheffer de antiqu. insign. Suecia c. 7. n. 64. ait. observavi in uno lapide terminali duo triave insculpta insignia, singula versus eam partem collocata, ad quam spectat territorium, cuius ostendere dominium debent,

ceu

ceu nobile exemplum præstant fines territorii Genevensium; vel lateribus lapidum conjuncta in vicem arma contiguorum dominorum imponuntur. Eiusmodi positi & insigniti termini finales triplicem fere qualitatem habent, ut termini finales, quos movere & excidere sub poena fustigationis cavetur. *Ord. Crim. art. 114.* ad instar imaginum Principis, quas lædere crimen fere Majestatis putatur, *Gothofr. ad l. 6. & 7. ff. ad Leg. Jul. Maj.* denique ut portæ, muri, quos violare hostile & abominandum videtur, ita ut violator ex triplici capite plecti possit. Quum autem per insignitos lapides non modo territoria, sed & in genere fines probentur. *Papa qu. 193.* etiam alterius juris fines per hos lapides probari possunt: Termini jurisdicitiones per lapides aut crucem lapideam seu ligneam, cui manus & gladius interdum imponitur, ostenduntur, *D. Parens al. dissert. th. 4. man braucht auch Bild, Stücke und Seulen zur Vermarkung der Obrigkeit.* Decimas discernunt lapides *Sixtin. conf. Marp. 8. n. 38.* Ruland. *p. 2. L. 6. n. 20.* Oeting. *L. 1. c. 17. n. 30. andere pflegen der Zehend Herren Zeichen daran zu hauen.* Probatur jus foresti. *Oeting. L. 1. c. 17. n. 33. mit der Forst-Herrn Wappen an der Seiten.* Jus conducendi. *Orth. de jure conduc. c. 5. p. 167.* Oeting. *al. l. n. 28. daran der Gelaits-Herrn Wappen.* *Dn. Hildebrandi diss. de divers. lapid. fin. c. 1. §. 7. Jus venandi, quod quidem Oeting. negat, verbis: vvelche man aber nicht mit Wappen, sed verum est quoad venationes privatorum Gnaden-Jagden, non vero ubi mixta sunt territoria, sic in Franconia nostra termini & limites venandi etiam insignibus notantur, vwie man dann auch Jagd-Seulen von Holz in denen Forsten aufrichtet, so man ein Haasen Gebög nennt, zur Anzeig des kleinern Waid-Wercke, und sind genugsam bekräftiger, wann die Wappen daran gemacht sind.* Sed enim vero, quod ad hos lapides attinet, sive etiam columnas *Mar-*

ter-Seulen, illos per insignia sola non probare limites prætensi juris notandum, sed plerumque adhuc voces addi aut literas initiales, quæ designant hos, quos indicant, limites. Sic *G. Ge-
lait. V. Vorst* illis inscriptum legitur. Antequam hic de pro-
batione per insignia lapidibus affixa discedam, notare non pos-
sum non lapidem notissimum in Suecia, Morasteen dictum,
prope Vpsaliam, cui tres coronæ insculptæ, ex quo lapide Sue-
ci antiquitatem & jura suorum insignium contra Danos, qui
insignia hæc unionis omnium trium regnorum borealium esse
prætendebant, & ideo orta erant bella inter Ericum & Frideri-
cum, duducunt. vid. Scheffer *de insign. Succ. cap. 14.* & Tab.
H. fig. 43. ubi lapidem depictum exhibet.

§. III. Ratione horum insignium insignis etiam inter
DD. Camerales orta questio, num, si propter jus aliquod in-
signia affixa destruantur, aut dejiciantur, constitutio pignora-
tionum in Comitiis Wormat. an. 1515. promulgata locum
habeat, & consequenter mandata penaclia sine clausula sint de-
decernanda. Disceptatur, an pro simplici turbatione, num
pro pignoratione habenda sit ejusmodi dejectio vid. Schwann.
process. Cameral. L. 1. c. 12. n. 25. & observ. 89. n. 3. sed
controversia per Recess. Deput. de an. 1620. §. 45. decisa ex-
eat, ut si insignia suspensa dejiciantur integra vel illæsa, aut ta-
les columnæ cædantur sine fragmento insignium, pro simplici
turbatione ejusmodi dejectio habeatur, si vero fracta & disru-
pta fuerint, utcumque unius vix assis æstimanda, mandata de-
cernuntur sine Clauſula restitutoria extunc prout ex nunc, &
ex nunc prout ex tunc, nam in his causis, quatenus res æsti-
mationem modo aliquam admittit, mandata S. C. impetrantur.
Ex hac probatione limitum etiam arguitur & probatur
ius Superioritatis in ipso territorio, cuu verba sonant Oeting.
p. 2. c. 18. §. 16. *Dannenhero wo man eines Herrn Wap-
pen in denen Marck-Steinen gehauen findet, ist ein Anzeig
und*

und Bevveiß, daß ihme der Enden gegen seiner Seiten die Ober- und Herrlichkeit zugehörig seye. ideo etiam Cautelam profert Oeting. c. 17. n. 17. Darum wann ein Fürst oder Herr in einem andern Gebiethe Güter, und darauf keine Obrigkeit hat, daß sie nicht besonders exempt und privilegiirt seyn, so ist ihme nicht zugestatten, daß er solche mit gevriapneten Steinen vermarcke, dann er sonst durch die Verjährung eine Gerechtigkeit oder Herrlichkeit erlangen könnte. vid. Myler ab Ehrenb. Metrol. c. 14. §. 12. Superioritas etenim ex libera affixione armorum judicatur, quæ non modo fit in Lapidibus terminalibus, sed & curiis, portis & muris, die Wappen an denen Stadt- Thoren, Thüren, Vhren, Kirchen, Raths-Häusern, Tabernen, Gräntz- Stein, in his omnibus insignia Superioritatem innuunt. Wesenb. cons. 221. n. 68. Kniechen. de Super. Terit. 15. p. 759. Oeting. c. 17. lit. b. Apud Romanos Claudius Sabinus Consul an. 259. omnium primus fuit qui insignia & clypeos locis publicis suspendit, Chasian. cas. G. M. c. 38. concl. 59. qui mos hodiernis temporibus maxime vigeat, ut exinde dominium & Superioritas probetur. Hinc de Wenceslao Imperatore refert Munster. Cosmogr. c. 394. als er die Stadt Würzburg in sein, und des Heiligen Römischen Reichs-Schutz nahm, wurden von Stund an die Adler an alle Thür und Mauren angeschlagen, vid. Fugger Ehren- Spiegel L. 5. c. 13. 656. quam consuetudinem in nostris bellis sepiissime comperivimus; & ideo hic apponere liceat verba Regis Galliae Ludovici XI. cum Camericum Imperio redderet, quæ habet Fugger. Ehren- Spieg. L. 5. c. 28. p. 884. im übrigen könt ihr heut abends unsern Wappen Schild ablegen, und euren Röm. Reichs- Vogel seine Stelle wieder geben, welcher nachdem er gleich denen Schwalben und Störchen etliche Monat lange ausgeblieben, nun in Frühling vrie der kehrt. Hoc argumento usi Serenissimi duces Brunswicenses ad vindicanda iuris in

ra in civitate Brunsvicensi prætensa, quoniam in illa ipsorum insignia portis publicisque ædificiis apposita, appicta, insculpta apparuerunt, prout tradit. *Limn. J. P. L. 5. c. 6. n. 7.* De portis Genevensium memorat Hardovin de Prefix *dans l' histoire de Henry le grand l. 1602. p. 385 la ville soutient, qu'elle est ville libre, qui n'est point sujette qu'à l' Empire, dont elle a toujours les aigles arborees sur ses portes.* Ex aquila enim maxima probatio desimi potest feudi Imperialis, si in insignibus Vasallorum imperii occurrant, que insignia patronata dici consuevere, & in Italia frequentiora occurunt vid. *Spen. P. I. c. 1. §. 38.* & sic videmus omnes fermè civitates Imperiales in Germania etiam aquilam gerere. Probatio vero distinctionis inter civitates imperiales & liberas civitates *Reichs-Städte und freye Reichs-Städte*, ex hoc, quod haec nil de aquila in insignibus gestent, illae vero vel integrum aquilam vel partem aquilæ gestent, Rutger Ruland *de Comiss. p. 1. L. 5. cap. n. 41.* tam ridicula est, quam explosum semper fundamentum ipsius divisionis fuit. Alias moris est civitates municipales in insignibus etiam Dominorum suorum insignia portare, sic civitates Brunsvico Luneburgicas leonem ferme omnes gerere scribit Heinneccius *de Sigillis P. I. c. XI. §. 9.* plurimæ civitates Schleswicense & Holsteinese gerunt, *das Nesselblat* ceu in insignibus illorum, quæ exhibet Angelus in *L. 2. chron. Holst. videndum, vvelches Nesselblat, sonsten des Herzozthums Holstein Wappen ist.* Marquardus Freher. origin. Palat. *P. I. c. 13. p. 118.* Nassovios, Solmenses, Saynenses, Witgensteinios, Leonsteinios statuit leonem palatinum gerere non dubium argumentum clentelæ palatinæ, sed hujus effati firmitatem destruit Spen. *P. S. L. 3. c. 28.* cum multæ familiae feudi vinculo palatinis obstrictæ, in quorum clypeis nullus leo salit & contra. Principes autem Imperii Germanici, licet Vasalli Imperii sint, non tamen Imperatoria, sed sua propria arma in territoriis suspensæ sunt

dunt, cum a communi feudorum natura abeant nostra feuda germanica regalia, quamvis olim in monetis principes Imperii necessario ex una parte insigne Imperatoris apposuisse sciamus, vid. Rhet. I. P. L. 2. tit. 16. §. 18. & sic Superioritas per insignia indicatur, in mixtis feudis ut solum competit jus insignium ponendorum illi, cui competit Vogteia Superior, non vero cui Centena, demonstrat Knipschild. de Oblig. Dom. & Vns. p. 2. qu. 1. n. 192. Probatur ergo non modo Superioritas territorialis, dominium, subjectio, sed & omnis jurisdictio per apposita insignia, & adhuc plura jura, ut jus Clientela, jus monetar, jus vestigialium, qui modi probandi, & ceteri plures, ut omnes specialius examinentur, digni essent, vid. Höping. c. 13. n. 102. Fesch. c. 14. n. 9. Menoch. conf. 1253. n. 293; & ut exemplum proferam, alia etiam jura competentia per insignia quem probare posse, duo exempla inveni in Megiseri *Annalibus Carinthia* p. 1727. de familia de Gradek. sic loquitur, diese haben von Alters her die Gerechtigkeit gehabt, alle Wiesmäten abzumählen, so lang der angehende Herzog auf den Stuel Lehen verliehen; und diese führen auch eine Siechel in Wappen. p. 1778. die Moränen zu Portendorf, welche nach Absterben derer von Portendorf die Freyheit gehabt im Land Chärenden zu brennen, so lange die angehende Herzog die Lehen verliehen, deswegen sie auch zuey Beil in Wappen geführt. Ceu autem res sunt inviolabiles insignia Superiorum, sic & sanctitatem, inviolabilitatem & securitatem rebus, quibus imponuntur, conciliant. Olim per imagines principum jus Aſſylorum constituebatur, vid. §. 2. §. de his qui sunt l. alien. jur. L. 28. §. 7. ff. de paen. L. 5. ff. de extraord. crimin. Lun. C. de his qui ad stat. conf. Buling. de Imp. R. L. 2. c. 13. Hodie etiam adhuc certa loca hac securitate munita sunt, quae privilegio hoc gaudent vel ab Imperatore vel a statibus concessa, & simul concedentium signa apposita habent. Legati Princi-

pum arma Dominorum plerumq; super portas ædium suspendunt,
 & hæc eo magis jura in violabilitatis illis conciliant; c'eſt pour quoi
en plusieurs Cours de l' Europe, inquit Wicquefort. L. I. f. 28.
 p. 876. les Ambassadeurs vont mettre les Armes de leurs mai-
 tres au dessu de la porte de leurs palais. An vero exinde
 concludendam sit, legatis in ædibus suis jus competere Asylum,
 illustris Thomæius *dissert. de jure Asyl. Legat. adib. compet.*
demonstravit, & conferri potest liber gallicus ob controversiam
 Regis cum Pontifice Romano an. 1688. impressus. *Du droit*
des franchises des quartiers de Rome, ou logent les Ambassa-
deurs de France. Securitatem porro præstant insignia in locis
 publicis affixa ceu diversa alias signa, e. g. depicta manus am-
 putata, ut locus ille tutus non modo, & ab omni violatione
 liberatus, sed & pax fracta ibi gravius puniatur, quæ dicitur *der*
Burg - Frieden, Hand - Frieden. Speid. Wehner. voce: *Burg-*
Fried quod etiam ad personas porrigendum, v.g. *sabellarios &c.*
die eine Boten Büchsen, darann ihrer Herrn Wappen befind-
lich, tragen. O. C. P. I. tit. 35. f. es sollen auch vid. De-
 nalius *ad ordin cameral.* r. 35. p. 1. in verbo: *nuntiorum*
 hi enim pariter inviolabiles & sancti existunt. Insignia oppi-
 dis, villis, dominibus eorum, qui in bello in fidem recipiuntur,
 appolita securitatem indicant, ne ledantura militibus, quæ in-
 signia picta in tabulis salvaguardiam appellamus. vid. Scheffer
de regni Suecia insign. c. 7. Hinc Upton *de Milit. offic.* L. 2.
 c. 12. inquit, *prestatur Securitas per Signi vel tituli apposi-*
tionem vel si petas, quod ponatur in domo tua velum regi-
um, vel scutum armis regis de pictum vel signum quod con-
que regium; & adhuc hodie in bello usitatæ salvaguardiae per
 affixa dominibus arma insigniuntur. Sunt autem tales salvaguar-
 diae tam perpetuae, quam temporales, ac ab Imperatore sub-
 aquilæ insigni dantur, ceu sonant verba diplomati. : und damit
unsere Kayserliche protection und salvaguardie männlich
kund.

kundbahr seyn, so vergönnen und geben vvir NN. biemit voll-kommene Krafft, daß sie, so oft es ihnen gefällig, und ihre Nothdürft erfordert, können oder mögen an ihre Schlößer oder persönliche Haushaltung unsern Käyserlichen Adler und des Heyligen Römischen Reichs Wappen zur zeugniß unserer Käyserlichen Salvongarde anschlagen. Domui privatae ve-ro appensa insignia Domini territorialis privilegia, immunitates probant, vid. Stryck. de ab. jur. ques. c. 6. n. 26. ita ut ejus-modi prædia a tributis, hospitationibus militum ob signum privilegii sint immunitia. Menoch. de A. I. Q. 5. 378. n. 10.

S. IV. In Ecclesia depicta Arma præprimis jus Patronatus probant & denotant. Klock. p. 1. c. 16. n. 14. & conf. 149. n. 100. Hœping. de jure insign. c. 13. n. 102. Finckel-thus. de jure Patr. c. 6. n. 153. Jacobus Bornitius tr. de instrum. cap. 50. Fundatores enim Ecclesiæ in earum ædificatione reedificatione, vel alia quadam donatione, quibus jus Patronatus acquiritur, insignia sua in Ecclesiis inseculpi & depingi curant, & quidem optimo jure. Si enim reficiens bona Principis non contrahit crimen laſe Majestat. L. 5. ff. ad L. Jul. Maj. nec minus quis tale contrahit armorum appositione in rebus publicis propriis sumtibus refectis, nec etiam prohiberi debet insignium pictura in Ecclesia pro sempiterna memoria benefactorum : *Les fondateurs dit Menetrier dans la véritable art du Blason p. 4. & bienfaiteurs principaux des Eglises, monastères, & autres lieux sacrees ont droit de faire mettre les armoiries aux voûtes, aux portes, & en tout autre lieu, qu'ils veulent des maisons, qu'ils ont fondees ou dotees avec le consentement des Souverains. Male licet perstringat hosce mores Salicetus ad L. basilicam C. de oper. publ. Thesaur. decis. 270. n. 15. Mager. de Advoc. Arm. c. 18. n. 134. Sed an sufficientibus satis rationibus omnino dubito. Interim hodie vix aliquod facellum aut templum inuenitur, quod Domini aut*

fundatoris clypeo haud sit ornatum, quod abrodere summa es-
set injuria. Menoch. *remed. poss.* 15. n. 48. Gratian. *dicpt. forens.* c. 110. n. 13. & arbitrio judicis punitur. Cæpolla de
Servit. urb. præd. c. 71. n. 10. imone ipsis quidem Clericis de-
lere permisum, Tepat. *decis. tit.* 581. c. 6. subsequens ta-
men patronus ac restaurator sua simul insignia apponere haud
prohibetur Fesch. c. 13. n. 3. Ziegler *de dote Eccles.* ejus-
que *juribus* c. 5. f. 10. Quum vero non modo Patronorum
insignia in Ecclesiis depingi soleant, sed & Virorum de Rep.
& Statu bene meritorum, sic Ecclesiis Norimbergenses adpen-
sis clypeis repletas videmus, nec non illius insignia adpenduntur,
cujus sunt in Ecclesia sepulchra familiaria sive Gentilitia, Gratian.
decis. 210. quæ suspensio armorum cabinet. d' honneur, sive
cabinet d' armes appellatur, si l' on attache l' ecu des Armoiries
avec le casque, l' epee, les esperons, & autres pieces des Ar-
mes d'un chevalier; quia nobiles plerumque in Ecclesiis sua in-
signia adpendi curaverant, & sua sepulchra ibi quesiverant,
ne memoria eorum deleatur, & ut Monachi illa describant,
tunc temporis omni scientia in ecenobis abscondita, ceu con-
queritur Peccenstein *Theatr. Sax.* c. 18, und ist solches
zu vorderst der grosen Trägheit der faulen Wänste und Mön-
che zuzuschreiben in den Klöstern und Stiftern, denen sol-
che Sachen von grosen Herrn vor Alters aufgetragen und zu-
getrauet, darum dann auch die vornehmsten Herrn und von
Adel ihre Begräbniss in denen Klöstern gehabt, und ihre
Schild aufhangen lassen; imo etiam ipsorum Dominorum terri-
torialium insignia plerumque inveniuntur; ideo per se clarum
est, quousque & quam caute in probatione juris Patronatus per
insignia sit procedendum. Num loci consideratio, in quo insi-
gnia posita, ut plerumque insignia portis Ecclesiarum affixa Su-
periorem, in Ecclesiis vero ipsis prope Altare vel in fenestris de-
picta solum jus patronatus arguant, hic multum valeat, val-
de dubito, nam Patronos etiam super portas sua posuisse insi-
gnia

gnia videmus, ceu in pago quodem Hagenhausen ad Palatinatum pertinente insignia celeberrimi Schweppermannni super portam lapidibus incisa conspicimus (quid supra insignia lemniscus incisus cum quinque segmentis denotet, certo pronuntiare haud possum) & hunc fundatorem Ecclesia fuisse ajunt. Paucis nulla hic firma dari potest regula, cum probatio Juris patronatus per insignia per se valde debilis sit, quia in fenestrarum depicta arma illorum plerumque sunt, qui pecuniam in ædificatione vel renovatione Ecclesiarum ad conficiendas fenestrarum largiti sunt, & hinc plurima insignia in Ecclesiis invenimus. Hund in Bayrischen Stamm-Baum c. 1. p. 171. in familie de Auerait, sic haben viel an der Thum-Kirche (zu Regensburg) helfsen bauen, wie an ihren Wappen in Fenstern und sonst zu sehen, Herzog. chron. Alsat. L. 4. c. 7. p. 27. in familia de Bozheim, in der Pfarr-Kirchen ist ein grosses Kirchen Fenster darinnen zu sehen 3. Bozheim mit beygesetzten Schilden, welches sic vermöge Saal Bücher vor 200. Jahren bauen lassen; plura exempla in Herzogio occurunt, vid. Loiseau des seigneries c. 11. verb. la quelle fondation des chapelles j'estime pouvoir être prouvée non seulement par si tre mais aussi par une possession publique & continue principalement, si cette possession est assister des signes visibles de fondation, comme d'armoiries aux voutes. Si fermo est, de probando antiquissimo Jure Patronatus statuendum est, sufficere ad probatōnem, si insignia insculpta ac depicta in fenestrarum, die in denen Kirchenfenstern gemahlte Wappen oder in der Kirch in Stein gebaue ne Wappen deprehendantur vid. Finckelthuf. de jure Parr. c. 8. n. 51. Chokier. reg. cancell. apost. ad reg. 49. n. 25. p. m. 461. cum in antiquissimis etiam conjecturales probatōnes sufficiant. L. 10. ff. de prob. c. 13. X. de probat. Menoch. de A. J. Q. c. 115. n. 2. Id. cons. 241. n. 7. hinc Id. L. 2. pr. 59. n. 2. & allegati ab eo authores tradunt, scripturis plene

probari jus antiquum patronatus, si nempe in scriptura beneficiorum Ecclesiae datorum mentio fiat; Alias vero insignia & arma in Ecclesiis præsumtive modo faciunt, quod bona fide quis in quasi possessione juris patronatus illius Ecclesiae constitutus credatur, & haec præsumtio aliis adminiculis suffulta, ut fama, inscriptionibus fidem denique pro Patrono auget. Hisce causis commotus Marta Digeſt. noviss. tit. 6. verbo jus patr. p. 113. adminiculum probationis juris Patronatus esse dicit *insignia in pariete Ecclesia sculpta*, cum per patronos ad conseruationem sui juris Patronatus apposita esse præsumuntur, & cap. 3^o. *arma & insignia*: ait. *nendum representant, atque memoriā familiarum conservant, verum etiam juris Patronatus præsumptionem & bonam fidem in antiquis inducunt, ex quibus valide probatum fuisse, conclusum est*, vid. etiam Tisch, in conclus. pract. concil. 56. qui insignia antiqua probare & inducere præsumptionem statuit. Quia plerumque inveniuntur sepultra patronorum in Ecclesia Patronata, hinc mortuo illo Zona seu ligaturæ funebres usitatæ, quæ armis decoratae Ecclesiam circumdant. Gratian. decis. 210. n. 5. Optime has descripsit Baillot. dans l' indice *Armorial*. p. 416. voce *liserie* in verbis c'est une trace de peinture de couleur noire large d'un pied & demi, qui s'applique contre les murailles d'une Eglise ou chapelle à la memoire & en signe de deuil pour la mort du Patron de l'Eglise, sur laquelle trace en divers endroits sont peintes les armes du defunt & paulo post p. 417. l'on appose aussi quelque fois des liseres en des chappelles particuliers fondues par autre que par le Patron de l'Eglise.

§. V. Prætensionum ac successionem jura ex armis & insignibus Principum, quibus competunt, innoscere, jam demonstrabimus. Imprimis vero pacta confraternitatum celeberrimarum inter Serenissimas Germaniae principum familiias per insignia probari exempla testantur, quod principes, inter

inter quos ejusmodi confraternitas inita, mutuis utantur insignibus. Confraternitatem inter Domum Saxoniam, ut Landgravios Thuringiae Limnaeus *J. P. L. 4. c. 8. n. 61.* & Hassiacam ex Leone Thuringico deducit Spener. *P. S. prol. p. 6. s. 3.* dum ait, *hac confraternitas hodie quoque durat, ut seu plane eundem seu non multum diversum leonem in uroque scuto comparere mirum esse haud debeat, & literae investitura ac confirmationis illius confraternitatis an. 1373, initæ a Carolo IV. datae, quas Limnaeus cit. l. habet, in verbis testantur, und auch von jedweder Seiten die Wappen Insiegel und Panier zu einem evvigen Urkund solcher Rechten und Mit-Erb-schafft und Gemeinschafft in Schimpff, Ernst, und allen Sachen Endten und Städten führen, tragen und dann öffentlich gebrauchen sollen und mögen.* Quamvis si rem penitus inspicere velimus, jam longe antea utraque Domus hoc insignia sua fuerit; Hassiacam enim provinciam olim sub Thuringica venisse ex historia liquet. vid. Laurentii *Origines Doringiae* s. 13, scđt. 2. de West-Doringia, donec Ludovico sancto ac Henrico mortuo seculo decimo tertio controversia successionis orta, ab una parte vindicante sibi Ducatum Misnico Heinrico Illustri, ab altera parte Heinrico Pueru Brabantino post longam bellorum seriem in interregno illo fatali divisio an. 1262. facta fuerit, ut Brabantia Duci Hassia, Marggravio Misnici Thuringia cederet, vid. Weberus in *dissert. de titulis & insigniis Hassiacis aphor.* I. In hac confederatione, quæ non confundenda cum confraternitate, quæ seculo demum post insecura est, Erb-Vertrag, Erb-Vereinigung conjecturari mihi lubet, feonem Thuringicum ut insigne Hassiacum coeptum fuisse portari, licet in curia temporum paulisper fuerit mutatus. Aequares controversa, ac ob defectum monumentorum difficilis decidenda, quam adhuc sub judice lis est, quis primus hunc leonem portaverit & num Ludovicus Barbatus, quem alii vice domi-

num

num Moguntini dicunt, sed rectius Cæsaris appellatur, fuerit primus Landgravus Thuringiaæ. vid. Hoen. des Chur- und Fürstl. Haß Sachsen Wappen Geschlechts-Untersuchung c. 1. p. 5. Spen. P. S. proleg. §. 3. Merckvürdige Geschichten von der Landgrafschaft Thuringen c. 15. c. 135. An vero leo Thuringicus ab Hassiaco differat, multi ex hisce causis dubitant. Trier Prof. Lips. in der Einleitung zur Wappen-Kunst c. 18. qui accuratius studuit & præsedit etiam insignia sculpi & pingi, quam in Spenero inveniuntur, leonem Thuringicum ab Hassiaco haud distinguit, sed differentiam ratione tenuiorum transversorum querit Hoen. in doctiss. jam alleg. tract. cap. 1. p. 3. ut Hassiacus-Leo decem transversis tæniis, Saxonius vero novem exaretur, quod ex multis antiquis insignibus se observasse scribit, vid. Spen. P. S. L. 3. c. 23. §. II. & P. S. proleg. seq̄t. 1. §. 4. ubi de differentia horum leonum ita loquitur; *nisi nostri Leoni coronam vindicassimus, ejus defectus luculentam differentiam poneret*, sed arguēpta ejus non tanta sunt, quin possit differentia in corona constitui, præsertim cum leonem Thuringicum ob defectum coronæ olim ab Hassiaco discretum fuisse ex chronicis quodam Rie deseliano Hassiaco verba referat Weber in al. tr. p. 41. *Dic Wappen Thüringen und Hessen sind also unterschieden worden, daß der bunte Löb des Landgrafen zu Hessen sollte eine goldene Krone tragen um seiner Elter-Mutter der Königin zu Ungarn zu vilten.* Hodie semper in medio scuto, quod plerumque est scutum originis, leonem gestant. Similis pacchia successio fuit inter domum Brandenburgicam & Pomeranicam, ex qua provenit Bogislao an. 1637. mortuo successio in Pomeraniam inferiorem vi Instr. Pac. Westph. Superiorum vero Suecia accepit, cum jure ut utraque Domus titulos & insignia Pomeranice gereret, & Suecum regnum successione gauderet extincta linea Brandenburgica

art.

art. X. Instr. P. Communio vero insignium Pomeranicorum & titulorum antea jam Brandenburgicis fuit concessa. Spen. P. S. L. I. c. 13. Paetum confraternitatis, licet inaequale inter Domum Austriacam & Wurtenbergicam patet ex laterculo aureo tribus cornibus nigris referto drey schwarzte Hirsch-Gevreyde in guldenen Feld insigni Wurtembergico. Spen. P. S. L. I. c. 9. §. 59. Fuit etiam inter Domum Saxoniam & Lauenburgicam pactum, quo huic gladios Saxonicos ferre permittebatur. Zech. Europ. Herold. p. 263. & ex insignibus ejusmodi pactum inter Domum Brunsvico-Luneburgicam & Saxo Lauenburgicam adfuisse conjecturatur author des Sachsen Lauenburgischen frittigen Landes-Anfall in der Prætension der Herzogen von Braunschweig Lüneburg p. 119. cujus verba notatu digna hic apponi merentur: Ob nun uwohl an deme, daß insignia arbitraria sind, dieveil aber dennoch diejenigen, welche einmahl auf ein Land gevvidmet, nicht ohne Effect und Bedeutung seyn, und absonderlich uvenn vom Kayser selbst bey einer Transaction die Insignia eines frittigen Herzogthums demjenigen Theil conferirt wvorden, welcher das Land dem andern lassen muß, so kan zvvar in solchem casu das Wappen so lang der Stamm lebt, deme das Land conferirt, keinen effect haben. Gleichwvrie aber kein kräftiger Mittel beybehaltener Memorie, als die auf die Postritet continuirende Führung eines Wappens ist, also muß dieselbige alsdann ibren Effect erreichen, vvo der Stamm, deme das Land conferirt, auf welches das Wappen sonst vorhin geviedmet, ausgehet, und alsdann derjenige Stamm, welchen bey der Composition des Streits das Wappen attribuiert, zu der Vereinigung des Lands wieder gelangen, gestalten denn die Conferirung des Wappens zu keinem andern End geschehen, und die Insignia nicht ohne effectu probationis seyn. Serenissima Domus Anhaltina gestat conjuncta Brandenburgica

I

&

& Saxonica arma, vid. hifit. in Spen. P. S. L. 1. c. 5. §. 13. in testimonium ortus, auch nechſter Expectanz zu dero Landen, ut ait Beeman. anhaltische Chronic. p. 4. c. 5. Novissime initam confraternitatem inter domum Brandenburgicam & Ducatum Meklenburgo-Schwerinensem assumta arma Schweriensia ab Electore Brandenburgico testantur. vid. Tries Einleitung zur Herald. c. 23. Jura prætensionum, quum vim ex insignibus accipient, multis hic exemplis demonstrari possem, nisi Speneri opus Herald. absolutissimum in explicatione insignium jam nobis glaciem fregisset, cui celeberrimi ab Imhof notitia procerum Imperii omnino adjungenda, cum nulla dominus principalis inveniatur, quæ non in armis tesseram gestat regionis, cujus prætendit possessionem aut alia jura, ita ut sepius unius regionis insignia a pluribus gestentur, ceu videmus dominum Palatinam Neoburgicam, Nassavensem & Badensem insignia portare comitatus Meursii, Sarwerdensis, Spen. P. S. L. 3. c. 27. §. 23. L. 3. c. 26. §. 9. L. 2. c. 4. §. 10. II. Quo vero loco haecce insignia prætensionum & successorum sint inserenda, difficilis quæstio est, & ad Heraldicam Germanicam proprie pertinet, quæ ut per exempla insignium principum Imperii late explicetur, non inanis Labor foret. vid. Weber. de Insign. Hassiac. Aph. VI. Quanta diffidia orta fuerint ex gestatione armorum trium coronarum per Danæ Regem, & quænam prætensiones fuerint formatæ, vid. Scheffer. de Insign. Suecia c. 16. des Reichs Schweden Beweis vvegen der drey Cron. per tot. Angelus in Chronic Holstia c. 26. concludit ex armis urbis Slevicensis im blauen Feld ein rother Thurn samt einen halben Mond und gelben Stern samt einen kleinen Schild, dessen rechte Seite roth und die lincke weis, das vor Zeiten das Land Schleswig dem Löbl. Geschlecht derer von Ranzau gehöret habe. Sed non prætereunda est, quum de successionibus loquamur, lex ista quam.

quam testator hæredi in testamento adjicere potest, ut insignia sua ferat. *arg. L. 19. s. 6. ff. de donat. L. 63. s. 10. L. 7. inf. ad SCr. Trebell.* per quæ insignia quis hæredem se esse hoc modo probare potest. *Tesaur. decis. 270. n. 1. Chass. Cat. G. M. P. I. cons. 38. Barry de success. L. 17. tit. 18.* Hæres enim dicitur, qui in locum succedit defuncti, ejusque personam repræsentat, quasi adhuc viveret, & non modo in bona sed & in nomen, si testatur voluit, succedit. *Dauth. de test. in mat. test. circa quam n. 53. in marg. l. 9.* Num vero hæc adjecta conditio importet substitutionem fideicommissariam ratione masculorum, quæstio inter Dd. vertitur? *Barry al. l. negat, & pro sua opinione stantes allegat. vid. Molin. ad consuet. Paris. s. 2.* sed cum delatio armorum pro conservatione familie fiat, *Paris. cons. 63. p. 2. n. 25. Gratian. discept. for. c. 286. n. 2.* hæcce vero per masculos conservetur non per feminas, licet moribus regionum & testatoris dispositione etiam ad foeminas extendi queat, *Christ. in Jurispr. Her. art. 2. s. 35.* substitutio fideicommissaria regulariter præsumenda & affirmativa Menochii amplectenda est, *cons. 1006. n. 12.* qui sibi ipsi contrarius *cons. 926. n. 48.* Pari modo scipius nuptiæ conditionatæ incuntur, ut maritus & arma & nomen uxoris assumat, ceu exemplum inveni in Hortensia Mancini cognata Cardinalis Judii Mazarini, quæ Armando Carolo de la porte filio Ducis de Meillerage nupsit cum adjecta conditione ut nomen & insignia Mazarinorum assumeret; quod Rex Christianissimus diplomate suo deinceps confirmavit. *Priolus de reb. Gall. L. 11. c. 11.* Arma vero uxoris nobilis familia, ex qua orta, scipius assumi a maritis, exempla in nobilitate Germanica multa occurunt, quæ cum propriis conjungunt insignibus.

S. VI. Hæc conditio adjecta in testamentis intelligentia est de casu, quando sit a testatore plebeo, qui alium hac legi hæredem instituit; nam cum assumptio armorum sit voluntaria

ceu nominis. *L. un. C. de mut. nom.* ita ut quilibet privatus sibi propria authoritate arma assumere possit, exceptis rusticis, queis ex longava & obseruata consuetudine a tempore immemoriali insignia interdicit Chass. *conf. 38. concl. 28.* aut potius illis usum armorum & clypearum denegat, sine dubio textu *2. Feud. 22. §. 5.* ad id inductus, consequitur inde hanc conditionem a testatore adjici posse per viam modi, ut haeres successione privatetur, si voluntati testatoris haud satisfacit.. vid. *Paris. v. 2. c. 19. n. 97.* Gratian. *cap. 799. n. 10.* Quodsi vero nobilis ultimus familie hac lege haeredem plebejum instituat, ut arma ejus ferat, num haec conditio necessario sit adimplenda affirmandum esse prima vice videtur. Quoniam 1) separata esse possunt nobilitas & insignia nobilitatis, quemadmodum videmus in *denen Wappen-Brieffen*, quae toto ccelo a diplomatis nobilitatum differunt, von *denen Adels-Briefen*, jus solum portandi insignia concedi, & hunc quasi primum gradum pervenienti ad nobilitatem esse, ut etiam, quemadmodum olim distinctio erat inter equites dimidios & integratos, qui reportata victoria in acie creabantur, teste Viguleo Hundio in *Bayrischen Stamm-Baum*, exempla plura vid. in *Fugger. Ehren-Spiegel. L. 5. c. 28. Historia Georg. und Caffar von Freundsberg L. 1. Christyn. art. VIII. §. 10.* Ita & distingue re possemus inter nobiles fere tales & dimidios. vid. *Mulz. re pres. majest. Imp. p. 2. c. 22. n. 132.* Imo etiam cum nobiles sine insignibus esse possint, & etiam sunt in Hybernia & Suecia, Spell. in *Affiol. p. 40.* Loccenius in *Hist. Septentr.* contradicente licet Tiraquelle de nobilitate *c. 16. n. 21.* Hoep. *c. 7. §. 4. n. 69.* econtrario non omnis, qui fert insignia nobilitatis, aut ordinis cuiusdam est nobilis, quod in equitibus ordinum annotamus, qui eodem insigni generali utuntur cum immunitatione tamen, ut brisure. vid. *Beschreibung des Ritter-Orden st. Georg. p. 25.* 2) Insignia cuidam familie

con-



concessa illi ita adhaerent, ut in bonis sint, ut ait Chass.
 P. I. c. 38. p. 387. hinc ad successores transeunt, ceu verba
 diplomatum sonant, quae habet Goldast. T. I. const. Imp. p.
 513. *Tui filii heredes ac descendentes tui legitime nati ac nasci-
 turi, eorumque heredes & successores und ihren Eblischen Leibes-Erben, und derselben Erbens-Erben,* 3) Ceu feudorum no-
 bilium possessores inveniuntur, qui tamen nulla nobilitate or-
 nati sunt, quos vulgo haereditarios *Inhaber der Graffschafft oder Herrschaft* appellant; Rosenthal. de *fend.* L. 2. *concl.* 2.
 Braun. in *Adelichen Europa* p. m. 120. sic etiam quis arma
 nobilium portare potest, licet haud nobilitate condecoratus sit,
 cum temporum diuturnitas & comitum Palatinorum abundan-
 tia multas irregularitates introduxit; Nihilominus tamen ne-
 ganda est haec quæstio, & haec conditio impossibilis censetur,
 cum legi contraria sit, adeoque pro non scripta habeatur per s.
 10. *J. de hered. insit.* L. 6. L. 11. ff. *de condit. insit.* L.
 3. ff. *de cond. & demonstr.* Fesch. *de jure insign.* c. 12. n. 7.
 Insignia & arma nobilium ab Imperatore vi jurium Majesta-
 ticorum familie conceduntur, quæ illa extincta etiam expirant,
 & hinc usitata fractio insignium ultimo familiae sepulso, in cu-
 jus tumulum etiam insignia fracta conjiciuntur, imo consuetu-
 dinem habemus etiam sigilla frangendi & in sepulcro contumu-
 landi observatam in Germania, si quando principes nulla reli-
 eta prole vita functi fuerint, verba ex Heineccii tr. de Si-
 gillis p. 1. c. 1. f. 7. apponam, qui ex Wulfio desumit. *Chur-
 Fürst Mauritz ist zu Freyberg mit gewöhnlichen Gepränge
 begraben, neben seinen Vater und Sohn seit. Gedächtniß, ist
 auch sein Pitschier-Ring alten Gebrauch nach, dieweil er
 keinen Leibes-Erben verlassen, beym Grabe Zerschlagen vor-
 den.* Nec arma etiam sunt in bonis, ut de illis disponere possi-
 mus, licet haereditaria in una familia dici queant, sic exem-
 plum luculentissimum mihi suggerit Illustriss. Comes de Wurm-

brand, *in collect. gencaal. hist. c. 22.* cum Otto von Meissau ultimus nobilissimi sui generis Johanni Eberstorffio insignia sua reliquerit, consensum Alberti Austriae Ducis, a quo feudali lege ea acceperat, requisivit. Instrumentum ex hibet c. 24. verba vero supplicationis ad cæsarem adjungam. *Dem Hochgebohrnen Fürsten Herzog Albrechten Herzog zu Oesterreich und Margræfen zu Mechren &c. meinen gnädigen lieben Herrn. entpeut ich Ott von Meissau obrißter Marßchall und obrißter Schenck in Oesterreich meinen uvilligen Dienst allezeit bevor. Gnädiger Herr. Ich han dem edlen Herrn meinen lieben Freund Herrn Hannßen von Eberstorff obrißten Kämmerer in Oesterreich und seinen Erben, mein Wappen, die von euer Gnaden zu Leben, vermacht und verschrieben, und bitte euer Genad mit allen Fleiß, ihr vvollet ihm und sein Erben desellb Gemacht bestatten, das uvwill ich mit samt ihm gerne um Euer Gnaden verdienien.* Id. Illustr. Comes verba habet, *der letzte zu Steyerberg ist ein Abt zu Vittein gevvesen, der hat Kayser Friederich dem andern betten, daß er sein Wappen denen von Khuenburg solt geben.* Interdum etiam in diplomatisbus statim ipsis permittitur libera dispositio ab Imperatore vid. Exemplum apud eundem Comitem c. 36. Ejusmodi exemplum concessionis cæsareæ etiam Spener profert. P. S. L. 3. c. 34. n. 8. Arma & insignia ergo naturam feudorum quasi assumentia vendi aut per testamentum dari irrequisito Domino haud possunt. Argumentum etiam summi potest ex adoptione. Filius enim adoptatus ab extraneo haud quidem in ejusdem familiam transiit s. 2. ff. de Ad. sed quum consequatur jus succedendi & simul quoque nomen patris adoptantis assumendi. Dn. D. Hildebr. *introd. ad instit. L. 1. tit. 11. c. 7. §. 4.* concludendum exinde videtur assumto nomine etiam arma gerere posse, quoniam argumentatio fere omnis a nomine adinsignia sumitur & valet Fesch. c. 11. n. 2. & c. 12. n. 5. Chaff. C. G. M. conf. 38. concl.

concl. 44. n. 9. ceu talem assumptionem insignium a filio adoptivo exemplis illustrat Feschius c. 12. n. 9. Hoeping. c. 7. s. 5. n. 23. Klock. conf. 182. n. 422. sed distinguendum esse mihi videtur; Nam si plebeus qui propria authoritate sibi arma assumit, quendam adoptet, illum etiam gestare insignia posse credo, quoniam haec insignia sunt adoptantis propria, sed in nobili adoptante haec non procedunt, datio etenim insignium nobilium solius Imperatoris beneficio debetur, & ideo in tali adoptione confirmatione Imperatoris opus est. Hinc optime dicit Hoeping c. 7. s. 5. n. 291. *secus esse dicimus, si principis authoritate specialiter & expresse in hujusmodi adoptione interveniente adoptato deferendi insignia gentilitia data & concessa inveniatur potestas, quo casu ex speciali Principis beneficio, non ex adoptione nobilitatem & insignia consequitur.*
 Quemadmodum enim nobilitatio in Imperio nostro, ceu omnium dignitatum illustrium & super Illustrium collatio a sola Majestate Imperatoris dependet, exceptis, quibus jura ex singulari gratia communicata, Schwed. P. S. S. 2. c. 18. n. 2. ita tamen ut & per hos nobilitati diplomata e cancellaria Imperii redimere, si velint pro nobilibus imperii tractari, coacti sint. Mulz. *repreſ. Majest. Imperial. D. 2. c. 22. n. 92.* ac ideo maximopere miror illorum temeritatem, qui ex mera permissione Augustissimum Imperatorem haec jura exercere statuunt, ita etiam in Imperio insignium concessio Majestati & summae potestati reservata est, nisi quod ex speciali concessione jus conferendi insignia nonnulli licet valde restrictum possideant, & hujus juris fundamentum in universalitate superioritatis consistit, quae soli Majestati imperiali propria est, cuius defectu nemo reliquorum quempiam de insignibus satis tutum reddere potest, ut impetrans extra concedentis ditionem contra cuiusvis indignationes se satis defendere possit, quam facultatem universalem solus Imperator in Imperio habet. In
 omni

omni igitur adoptione immediatorum cum alias authoritas & confirmatio Imperatoris sit necessaria, etiam concessio insignium ab ipso solum petenda, ceu varia exempla adoptionum per testamenta, nuptias aut assumptiones in specie in Germania nostra occurentia collegit eruditissimus Kulpis *in differt. de adoptionibus principum* atque in iis etiam confirmationes adhibitas recenset, quae si non adsunt, nec adoptio valida, & si etiam valida, jus insignium non nanciscitur. Concessione vero Imperatoris impetrata nobilitatis & insignium jura possidet legitima & per usurpata insignia probationem adoptionis instituere potest, quum alias hodie nec arrogati nec plane adoptati jus nobilitatis per adoptionem accipient. Christin. *in Jurispr. Heroica art. 1. §. 64.* distinguit equidem inter gentis & generis nobilitatem, ut hanc non illam vero omnino consequatur, ad gentis vero nobilitatem spectare dicit jura, immunitates, & insignia, sed yiri alias doctissimi sententia ex supra allegato fundamento mihi displacet, hanc vero sententiam procedere credo de jure Romano quando loquimur, quamvis se-
cūs fuisse de Jure Civili nonnulli per L. 35. 44. ff. *de adoptione* L. 5. & 6. ff. *de senāt.* statuant. Multis priorem sententiam rationibus quoque defendere conatur Hoeping. 6. 7. §. 5. n. 264. & Fesch. cap. II. n. 23. nam ut Hoeping. ait. nobilitas in infinitum propagatur, utcunque apud posteros nulla vena aviti sanguinis & virtutis deprehendatur, atque nobilitas a sola familia ac cognatione dependet, quod verum, si semel concessa, quoniam tunc ex traduce in filios per jus sanguinis derivatur, sed de novo nolibilitatio, speciali Imperatoris concessionē consequenda. Stryck. *ad §. 2. J. de A. S.*

§. VII. Eodem modo, quo gestatio insignium alterius familiae illi, qui adoptatum se esse pretendit probationis loco inseruire potest, etiam legitima filatio aut legitimatio probanda venit per insignia. Quodsi enim per quasi possessionem filia-

filiationis, dum a patre seu filius quis tractatur, nominatur, bonorum paternorum haeres estimatur, inter quae etiam jus insignium referendum esse jam supra monuimus, Hoep. c. 7. §.
 1. n. 132. filiationis, quae alias in jure difficillima putatur, probatio institui potest; Menoch. L. 2. A. J. Q. c. 89. Palæothus de notbis & spur. c. 22. n. 4. sequitur legitimatem eo magis argui quasi possessione illorum iurium, quae legitime natis proprie competitunt, inter quae præ ceteris eminet jus ferendi insignia familiae integra ac immunita; nam ut ait Argentre in consuet. Britan. *advis sur les partages de nobles qui*.
 9. n. 17. *De toutes ces choses combien quil en ait bien peu, qui vaillent preuve entiere, toute fois elles servent à la quasi possession & en tourbe & cette quasi possession a telle efficace, qu'il faudroit à l'autre prouver le contraire pour la presumption qui assise au quasi possession.* Illegitimos equidem liberos cum nec de genere & familia patris dici possint, Tiraquell. de nobil. qu. 15. nec sint de domo, familia, agnatione Hosping. de jure insign. cap. 7. §. 3. nov. de jure stricto insignia patris gestandi facultate haud gaudere verissimum est, quum & iisdem nomen denegetur, L. 7. C. de nat. lib. L. 1. ff. de relig. & sumt. fun. L. 19. de statu Hom. Palæoth. cit. tr. c. 60. Hoep. cit. L. Menoch. conf. 30. n. 1. quapropter etiam, si liberi naturales insignia parentum sibi vindicaverunt, de jure ut deponant, cogi possunt, Myler ab Ehrnb. in Gamol. c. 23. §. 2. ut plane diversa arma assumant, quod jam Romanis usu invaluisse Valerii Maximi verba mihi persuadent, ignobilem recensentis scipionis Africani filium caput Africanum gesuisse. Nihilo minus consuetudo Gentium generalis usum ipsis permisit, Christ. p. 2. art. 12. §. 2. ita tamen, ut certa immunitio-
 nis signa, ex quibus illegitimitas patet, adhibeantur. Spangen-
 berg in Adels-Spiegel p. 2. L. 12. c. 32; es gebüldren aber
 solche Wappen, Schild und Helm nur denen redlich gebohr-

nen Nachkommen, und gar nicht denen Bastarden, es würde ihnen dann vergönnt, auf welchen Fall aber ihnen doch ein Strich oder Bande schief von oben herab von der Rechten zur Linken warts durch das Wappen gegeben wurd. Nam quamvis illegitime natos illustrium & nobilium nobilitatem possidere dejure statuere haud possim, cum nec ex parentis origine hanc consequantur dignitatem, nec a principali concessione, qui tamen duo nobilitationis modi sunt; Nihilominus tamen aliter se hodie rem habere videmus, nam ex variarum regionum consuetudine filii illustrium hodie pro nobilibus habentur, Grœnewegen ad L. 19. ff. de Statu hom. Tiraquellus de nobilit. c. 15. n. 25. ita ut nobiles hic consuetudine tales habeamus, & mores in nobilitate etiam gerenda observare debeamus per L. 1. §. 2. ff. de muner. & hom. Hinc est, quod filii illustrium honori sibi ducant, ex sanguine illustri descendere, & nomen Bastardi nomini suo sponte apponant, quod in familia Burgundica sepius observamus, vid. Myler. ab Ehrenb. in Gamil. Prin. cap. 26. §. 1. ut etiam inde Pontus Heuterus de tib. naturat. c. 16. n. 2. bastardi nomen non convicii aut contumelie, sed honoris vocabulum esse putet; hanc tamen restrictionem dignitas illa Bastardorum patitur, ut non æqualem cum patre illustri gerant, sed ut dicit Charl. Loysseau, tr. des Ordres cap. 5. n. 64. ils doivent toujours être mis à un degré plus bas, qu'eux, de sorte que les bastards des Rois sont princesses, ceux des princes sont seigneurs, ceux des seigneurs sont gentils-homes, & ceux de gentils-homes sont coutariers, a fin que le concubinage n'ait autant d'honneur, que le loial mariage. In liberis naturalibus principum & illustrium personarum Imperii nostri dubitatio adhuc hæret, num etiam hi nobilitatis dignitatem adipiscantur, sed quum de consuetudine quadam Germanie nil mihi constet, hos haud nobiles reputari, nisi ab Imperatore pro hisce fuerint agniti, hac ex causa statuo, quia dignitatis

tatis collatio Majestati Imperatoris est reservata & declaratio pro nobilibus a principibus facta extra regionem vix valet. Quum igitur ex consuetudine & moribus nobilium illustrium filii naturales pro nobilibus habeantur, exinde etiam ipsis gestatio insignium interdici minime potest, quod etiam ubivis ferme observatur. De Gallis testatur Paillot *dans l' indice voce : bastard. in verbis, carentre nous les Enfent naturels des peres nobles sont tenus & reputes nobles, & en cette qualite ils peuvent porter les noms & les armes de la Maison de leurs peres*, cui adstipulatur Tiraquellus, *in Francia*, inquiens, *hoc observamus, ut bastardi nobilium nobiles reputentur sint que immunes a subsidii popularibus, & in universum potiuntur privilegiis nobilium*, vid. Guid. Pap. *decis. 580.* signum tamen differentib addunt, de quo mox locuturus sum, interim de familia liberorum naturalium Regis Gallici hoc adhuc adjiciam, illos insignibus Francicis baltheum angustiorem superinducere, vid. Spen. *P. S. p. 119.* Europ. Herold. *p. 1739.* qui vero, cum hodierni Regis mortui liberi fuerint ab ipso legitimati, ut signum ac discerniculum familiæ tantum audit & inservit. Quid in Hispania valeat, consulendus Barnabas Moreno de Vargas discursuum *19. n. 5.* nempe etiam ibi pro nobilibus haberi liberos naturales, hinc licet in Legibus ordinis A. V. inveniatur, consortes hujus ordinis sine macula in nomine & armis esse debere, Chiflet. *in breviar. hisp. A. V. ord.* tamen vari filii nobilium familiarium illegitimi filii huic ordini in certi reperiuntur vid. Muhler ad Ehrenb. *cap. 10.* Spen. *P. S. L. 3. c. 37. n. 8.* de familia comitum de Taxis loquens profert discernicula quoad naturales adhibita, nempe in scuto Philippi Taxii (filii naturalis Johannis Taxii Comitis de Villa mediana) Abbatis de Hitero in Navarra inventur stella decem radiorum argentea, in Philippi Equitis St. Jacobi lunula argentea, in Johannis linea diagonalis sinistra, quæ figuræ duæ priores eo magis annotandæ, quum alias discernicula modo secundo genitorum

constituant, vid paragr. seqv. & si dicendum, quod res est, cum supra allegatus Barnebas notas discerniculorum latere Hispanos scribat, vid. etiam Spener. *P. G. cap. 8. §. 47.* sed libera gestare insignia, ad differentiam linearum adhibita fuisse haec discernicula credo. Quod igitur signa illegitimatis attinet, illa dicuntur brisures seu imminutio[n]es & inserviunt hisce signis vel diminutiones figurarum honorabilium primi ordinis Spen. *P. I. c. 5. m. 2. §. 9.* vel alia adjecta signa aut in scuto aut in Galea. Id. c. 8. §. 40. & seqv. Galli hoc plurimumque obseruant quod Spuriorum scuta, & in istis figurae a dextro sinistrum versus sint positae, ut & galea lusca, sive en profil laevum latus spectet. Spen. *P. I. p. 308.* Paillot. *voce haume* ceu ex André Favin notat Limnaeus. in *J. P. L. 6. c. 6. n. 71.* cette même astre distingue les tymbres des bastards de ceux des legitimes, pour ce que ceux là doivent porter les leurs sur le côté gauche ensigne & pour marque des bastardisé, dit Moreau des Armoiries de Frances vid. Christyn. *Jurispr. Horoica art. I. §. 83.* & 90. ubi etiam differentiam in cimeris recenset. Hoc quod in Germania non observantur, quoniam plures parvulas in uno scuto habent, ut contraaria positio illarum & galearum symmetriæ causa necessaria sit, hinc & galeas sibi oppositas gestant, quod interdum etiam Gallicis usitatum fuisse scribit Paillot dans l' indice *Armor.* p. 290. Baltheum diagonalem per transversum scuti a sinistro summi anguli ad dextrum imi barre dictum notam usitatissimam illegitimitatis esse omnes fere authores consentiunt. vid. *Hæp. c. 7. §. 3. n. 146.* Fesch. c. 12. n. 18. Gilman de Varenne dans le Roi d'Armes *P. I. p. 103.* Menetrier pratique des Armoiries c. 12. Sic dicit Upton de Re milit. *L. 4. p. 243.* Fissura ista vocatur baculus gallice baston, sed communiter vocatur fissura pro eo, quod findit arma paterna in duas partes, quia ipse bastardus finditur, & dividitur a patrimonio sui patris & Joh. de

de Bado Aureo de *Armis* p. 38. Sunt etiam alii dicit, qui signum bastardia portant, & tales portant arma parentium suorum integræ cum quadam benda ex transverso ita tamen, ut ipsa benda incipiat in dextra parte armorum, & protrahatur versus angulum, quorum equidem verborum posteriorum sensum haud assequor, cum deminutio bastardica consistat in baltheo sinistro, non dextro, & adjecta etiam figura ipsis verbis contrarietur, quod Johanni de Bado authori ut rariſſimo sic antiquissimo condonandum, qui nondum accurate in re Heraldica scriptis, ceu in plurimis inveni locis. De hoc vero baltheo ut pluribus mentionem faciamus & exacte illius divisionem scrutemur, necessarium mihi videtur. Inter figuræ primi ordinis honorabiles barra refertur, a celeberrimis familiis sine nota aut suspicione illegitimitatis usurpatur, Spen. P. I. c. 8. §. 42. & apud Gallos & Belgas frequenter illius usum demonstrat Christynæus p. 2. art. 12. pt. ut non possim non sententiam rejicere, quam profert Baron dans l'art heraldique chap. 2. art. 1. p. 29. barre n'est point fréquente dans les Armoiries, parcequ'on la considère comme marque de bastardise etant l'ancien usage de briser les armes des Enfens naturels d'un baton, où d'un filet mis dans le sens de la barre. Nam si ut baltheus ipse sive ut barra denotat illegitimitatem, apud Gallos hoc intelligendum est de superinducto baltheo toti clypeo, ejusque figuris, quandelle est posée sur un autre blason, bronchant sur tout, non de simplici figura in scuto occurrente, ceu exempli gratia dicitur, il porte d'argent à une barre de gueules, vel si quævis pars specia si colore gaudet, dicitur, tierce en barre d'azur, dargent, & de gueules, sic explicat baltheum Spen. al. l. §. 62. & P. I. cap. 1. m. 1. §. 62. Christ. p. 2. art. 12. §. 6. Guid. Papa quest. 580. Chassan. P. I. cons. 38. concl. 75. Hanc ob causam, Menetrier al. loc. le Bastard. dicit, de Bourgogne est paré de sa côté d'armes de Bourgogne à une

K 3

barre

barre de travers pour montrer qu'il estoit bastard. (qui eodem loco etiam plura imminutionum illegitimitatem significantium exempla refert) Alias vero barra usurpatur , ut deminutio Balthei illius diagonalis , seu taniola obliqua filet . Ipsa enim barra tertiam partem scuti occupet , & diversi coloris vel metalli esse debet , & hinc male ipsam depingi curavit Hœping. al. I. hoc vero , quod pro signo bastardico adhibetur , est linea quedam tenuis filet dicta Christ. p. 2. art. 12. §. 4. ceu linea illa tenuis perpendicularis vergette dicitur quæ linea filet quartam partem barræ habeat neceſſe est , Menetrier *sciene de la Nobl.* p. 17. & est filet gauche , nam non modo de dextro baltheo etiam dici potest vid.. Spen. P. I. c. 5. m. 2. §. 6. & 9. sed etiam de fascia en fasce , Paillot voce filet ; & ideo ſolum pro ſigno bastardico inventum est . Ordinaria est totum ſcutum tangens bronchant ſur tout . Si linea haec ſinistra duas tertias occupat tarrae , dicitur cotife , ſi ut barra ponitur , de quo parag. seq. René Francois dans l' *Effai des merveilles de la Nature* ch. 42. p. 337. la cotice est la petite bende qui ſe met aux armoiries des donnees ou puifnes la cotice est le tiers moins que la bande , & ſa largeur est des deux tiers de la troiſieme partie de l' *écus* licet de hac linea varient heraldie , quum Menetrier science de la Nobleſte linea cotice dimidiā partem balthei aliſignat. p. 7. alia est linea , quæ dicitur baton & dimidiā partem linea cotice habere debet , ſive tertiam partem balthei , quæ ſi ut barra ponitur , ſignum bastardicum est . Menetrier. al. I. putat proprio modo de deminutione pali ſumi , & hanc ob cauſam heraldos verba adjicere baton peri en bande , en barre , imo ipſi p. 19. peri en bande enbarre idem diſtum est , quam mis en bande , en barre , ceu etiam Spenero ſic veniunt. p. 4. c. 5. m. 2. §. 6. Paillot vero vox peri audit pro racourci , ita ut non tangat extremitates ſcuti , & ipſi etre mis en abisme & peri ſit una eademque res . Verum falſa haec synonima eſſe statim ex natura positionis en abisme dis paleſcit

palescit, nam linea quædam potest esse peri, ceu ipse appellat, sed ideo non statim mis en abisme esse debet, quia potest etiam supra figuræ poni, elle peut passer sur les figures, hoc peri Menetrier alaize audit, & quidem ut mihi videtur, firmiori ratione ipsius vocis suffulto. Ordinariæ baston marginæ scuti tangit bronchant sur tout, si vero in medio subsistit, dicitur racourci, alaize & hoc alaize plerumque est mis en abisme, ita ut in medio inter alias scuti figuræ sit posita linea, quod in scutis bastardorum Regiæ Gallicæ familia in venimus, & ideo exprimi debet, raro vero figuræ superimponitur, quod hic in specie annotare mihi placuit, quia terminus mis en abisme a plurimis Scriptoribus heraldicis sinistre adhibetur, nam est terminus relativus & supponit alias figuræ, in quarum medio minutissima quædam figura posita est en abisme, Thoma de Rouck neder-landtischen Herald. p. 2. voce abisme. Menetrier. *scienc. de la Nobl.* p. 224. voce: abisme. Alia adhuc supereft linea tra-verse, quæ est species filet & continet dimidiæ partem lineæ baston dictæ vid. Paillot voce: traversæ. Sed hæc discernicula melius verbis describuntur, quam oculis viden-tur, quam hæc accurata distinctio linearum vix ac ne vix quidem a pictoribus & in libris heraldicis alias accuratissi-mis inveniatur: Hæc sunt insignia bastardica, quæ vero nihil minus ob barræ variegatum ulsum barrata haud dicuntur, quum barrata invecta insignia illa vocentur, in quibus pelles, quas vairs Galli appellant *Eisenbüttlein*, ut solet communiter fieri, in mo-dum barræ disposita sunt, & barrata insignia in genere sunt, ubi figura, ut barræ collocata sunt. Olim in Francia spuriorum insignie erat, quod in illa parte scuti, quæ canton appellatur, solummodo paterna gestarent insignia, reliqua vacua relieta Christ. p. 2. art. 12. §. 8. qui exempla profert, aut va-cuum canton portarent. Pallot. voce *bastard*, hinc dicit René Francois al. l. ch. 42. p. 367. *les bastards souloient jadis por-*

ter

ter un eeu d' or où d' argent , ce quion nommoit eeu faux , & sur le premier canton portoient les armes de leurs peres. Usitatisima vero imminutio semper barra erat , quam bastardorum descendentes legitimi interdum omittere solebant , & incisuram quandam vulgo caupure addebant ; Christ. al. l. f. 9. quot vero generationes illegitimæ , tot discernicula scuto suo gentilitio præcise quis imponere tenebatur , ut vel portarent la pointe de l' eeu coupé de metal & de couleur , qui on apelle plaine , vel le chef coupé , quod appellatur chef rompu , vel une pointe en pointe , quod nominatur trangle , vel taillé , tranché , quod esclopé audit . Paillot. voce bastard , nederlandshen heault . Thomæ de Rouck cap. 6. p. 56. In Germania , cum nobilitate multis seculis maximopere aestimata , consuetudine introducta communiter bastardi nobiles non habeantur , nec illorum gestent insignia , etiam nullum proprium bastardorum signum invenimus , licet Palæoth. al. tr. c. 60. n. 7. baltheum Germanis maxime usitatum esse dicat , non stellam , ceu de eo dicit Spen. P. l. cap. 8. f. 46. ideo D. Profess. Trier. al. tr. c. 19. dicit , die uehrlischen Kinder in Teutschland enthalten sich meistentheils des Wappens ihres natürlichen Vatters . Nam licet nobis originem torneamentorum , & quidem Heinrichi Aucupis temporibus , sed qua ratione , ipse ignoro vindicemus , heraldica tamen a Francis primum in artem deducta , quibus cum ignota sunt variationes cimmeriorum , manca hoc in casu , ac mutila est nostra Heraldica , quod exinde provenire videtur , quod Germanorum filii naturales olim nec arma nec nomen gesserint , sed totaliter fuerint exclusi nec ad torneamenta admissi ceu ex articulis Franconice nobilitatis Wurtzburgensis alleg . Schurb. de lud. equæst. cap. 6. n. 9. alle die nicht in der Ehe gebokren sind , soll man nicht theilen . Sed hodiernis temporibus Gallorum mores fecuti honori ducimus nobis ex illustri sanguine oriri . Quoad figuræ vero galeæ impositas

pro

præcipuas deminutiones occurrentes in Germania habemus, hinc dicit Menetrier al. l. c. 10. p. 324. toutes leurs brisures consistent en la diversité des cimiers, & has Germani sibi proprias ferme vindicarunt, nam ceu linguae diversitas, & rationis vitae, complexionis & coloris naturalis differentia diversos populos indicat, sic & in arte heraldica ex peculiari quarundam rerum usi separatas nationes distinguimus. Sed quum in Germania mutatio cimmeriorum differentias modo plerumque linearum ostendat, nulla erit hic ad legitimatem conclusio, & caute procedendum est. Hoc interim experientia nos docet, cum nobiles Germaniae & principes plerumque feudis ac bonis propria & attributa insignia gestent, Braun. in den Adelichen Europa p. 157. n. 153. verb. *vvie dann in die Schilde*, spurious ab his excludi, licet per Rescriptum principis legitimetur, quia non legitimantur ad successionem, sed modo quoad natales, & ideo etiam Cæsarem ipsis eadem insignia dare non posse, cum jam familia sit illis quasi investita, & in omni concessione insignium haec addatur clausula, *doch unschädlich ander Leuten, die aergleichen führen an ihren Wappen und Kleinoden &, si que etiam ipsis conceduntur insignia, sunt symbola solum gentilitia, cum adjecta imminutione.* Alberto, quem Albrechten Apezzin in historia nominant, qui fuit filius naturalis Alberti Ducis Thuringiae Alberti Degeneri, & Kunigundæ de Eisenberg, Imperator pro insigni dedit Leonem Thuringicum, cuius caput obvelatum galea *der Thuringische Löw* *dem ein Helm über das Haupt gestürzet*, ceu scribit author chron. Mansfeld. cap. 269. quod ex scripto etiam chronicō germanico Landgraviatus Thuringiæ, quod in bibliotheca Gymnaſii Coburgensis asservatur, refert Hcen. al. tr. p. 317. exemplum aliud novissimum scio in familia illustri Franconica, quæ præter alia arma feudis & bonis coherentia ceu propriam familiæ tesseram, & signum originis portat Nympham duabis

L

caudis

caudis ornatam, quam ut proprium familiae symbolum legitimatus quidam ex hac familia per Imperatorem gessit, sed cum una tantum cauda, quod signum imminutionis est. Nobilis familia, quæ ex filio naturali Joh. Comitis Spanheimii (qui 1335. vixit) descendit, tessellis Spanheimensem comitum cœruleis & aureis usâ est, sed adjecto quadrante rubeo, cui inscriptus galus gallinaceus candidus. Spen. *P. I. c. 8. §. 46.* Et eod. paragr scribit, sibi notam esse familiam ex illustri domo, quæ tres parvulas rubeas scuto argenteo inscribit, duas parvulas & tertiarie loco stellam gestare. Interdum etiam talibus liberis naturalibus certæ assignantur dynastiae, ac terræ, quarum postea insignia gerunt, sic Mauritus princeps Aurasionensis duos filios naturales reliquit Wilhelmum ac Ludovicum Luccæ dominos, quorum hic tres filios reliquit Mauritium, Wilhelmum & Heinricum, quam fratrum trigam Leopoldus an. 1679. Comites Nassoviae creavit, & facultate insignibus Nassovicis utendi donavit, cui tamen Principes Nassovici contradixerunt. D. N. ab Imhof. *Not. Procer. L. 5. c. 6. n. 11.* Certam igitur regulam deminutionum in Germania dare haud possumus, quum illæ Gallicæ balthei sinistri inter figuræ honorabiles in scutis Germanicis sèpius inveniantur. Spen. *p. I. c. 8. §. 42.* Distinguunt tamen plerumque eorum scuta certis discerniculis, licet fuerint legitimati per Cæsarem ex supra allegata ratione.

§. VIII. Hactenus de deminutionibus ac notis Bastardorum locutus sum, quæ illegitimam nativitatem probant, quoniam autem speciales etiam deminutiones occurunt in armis primo & secundo genitorum, quædam de his quoque in medium sum prolaturus. Arma equidem nobilium sunt omnibus liberis, sive descendantibus veluti communia, quoniam nomen & insignia familiae ad successores legitimos transiunt; *arg. L. 8. & 10. C. de relig. & sumt. fun. Bartol. de insignibus & arm. n. 10.* attamen cum in primogenito, seu capite constat

stat splendor familiae & genituræ arg. L. 44. ff. de relig. L. 22. C. de agric. & censit. L. 11. Bald. in L. ult. in l. C. pro Socio, nec tamen de jure uni arma per divisionem adjudicari possint, L. 9. C. de rel. & sumt. differentia quædam inter primogenitorum & post natorum arma introducta est. Ipsum jus primogenituræ Lege Divina-Canonica, civili, & consuetudinaria approbatum est. Richter. p. 4. conf. c. 2. n. 23. Tusch. T. 5. concl. 651. Cravetta conf. 135. n. 45. d' Argentre in consuet. Britan. art. 509. gl. 3. n. 2. & avis sur les partages qu. 2. & 3. ut per illud gloria & splendor conservetur familiarum, Gratian. decis. 834. n. 8. Ruland a Valle conf. 2. n. 70. ideo etiam primogeniti prærogativa præ omnibus gaudent, Gail. 2. conf. 3. ut præferantur in successionibus, & dignitatibus. Tiraquell. de jure Primogen. qu. 5. Covarruv. variar. resolut. L. 1. c. 15. n. 14. Inter hæc privilegia Majoratus in primis connumerandum est jus portandi familiæ insignia plana ac integra, Gratian. decis. 30. n. 30. Coëpp. decis. 7. n. 2. qui modus deferendi arma, ut ait Menoch. conf. 1006. n. 1. inducit & constituit primogenituram Si igitur ex tali conditione adjecta assumendi nomen & arma defuncti conservationi familiae consultum fuisse præsumatur, Decian. c. 7. n. 25. & exinde in feratur, ut ita gravatus Majoratum aut perpetuum fideicommissum habeat, Tessaur. decis. 2. 20. n. 10. nam primogenitura a fidei commissis nil ferme differt, cum majoratus semper sit fidei commissum perpetuum in favorem masculorum ad conservandam agnationem, majoratus vero & primogenitura si proprie loqui amemus, inter se differunt, Fusar. tr. de fidei substit. qu. 387. n. 10. Menoch. conf. 803. n. 3. Molin. de primog. L. 1. c. 18. n. 1. Gratian. decis. 771. n. 11. sequitur omnino jus primo genituræ suo modo per insignia probari posse; quare etiam Molin. de primog. L. 1. c. 5. n. 34. concurrente adhuc alia conjectura hanc probationem sine controversia admittit.

tit. Igitur ceu familiæ insignia assumserunt, ut inter se dignocerentur, ita etiam discernicula in insignibus formata, ut per ea rixæ ac dissidia, quæ in materia successionum, præcedentia, & aliis prærogativis primogenitis competentibus oriri solent, praescindantur; quæ consuetudo discerniculorum quo tempore & qua ratione primum fuerit introducta, certo definiri haud potest. Seculo interim duodecimo & undecimo, quo Heraldica in primis florere & in artem redigi coepit, probabiliter adscribendum est, quum quoad illa tempora in Historia Heraldica nil certi proferre valeamus, quoad nostra & antecedentia tempora vero tanta connexio temporis genii illius, & insignium invenienda, ut ex figuris armorum tempus concessionis divinari possimus. Sed ne a via deflectamus, moris est, ut major natu portet arma plana ac integra, sine aliqua deminutione, & ut ipse aliis usum integrorum insignium prohibere possit. Chaff. P. I. consl. 38. concl. 76. Joh. a Chokier. *in comment. ad reg. cancell. Apost. ad reg. 50. p. m. 464.* alias ipse negoti natus jure suo cadit, ut Menetrier illustrat exemplo *dans la veritable art du Blason c. II. p. 341.* J' ai veu un Gentilhomme chef de l'une des plus illustres families du Roiaume obligé de donner l' alternative de présence à un des cadets de sa maison pour ne l'avoir pas obligé de briser ses armes, aliam controvèrsiam recenset Christyn. *auct. ad art. IV. p. 131.* Et hæc arma plana ac integra major natu gerens & jura ac præ eminentias primo genituræ sibi vindicaturus si loci consuetudo differentiam hanc alias approbavit, probationem per hæc instituere potest, quoniam ingens est apud nobiles insignium probandi utilitas ceu ait Oldend. cl. 3. act. 9. & vice versa secundo genitis discerniculis distincta gerentibus arma contra eos probatio desumi potest. Sed ut optime primum insignia examinentur, est quod monendum reor, quum hæc discernicula interdum etiam figuram scuti propriam & partem essentialiem constituant. Christyn.

styn. *Jurispr. Heroica art. 7. §. 17.* Menetrier dans l'art du Blason ch. 11. p. 384. Differentiae haecce Gallis dicuntur brisures discernicula Latinis, nobis *Bey-Zeichen oder Brüche* audiunt, vid. Trier. al. lib. c. 9. & in Francia tempore Ludovici Sancti usurpari ceperisse contendunt Menetrier al. l. ch. 2. p. 351. Chryſt. al. tr. arr. V. §. 4. Spen. P. I. c. 8. §. 6. In Anglia diversa habebant discernicula & ut ait Spellm. in *Aſſiol.* p. 41. non una semper distinguendi ratio in valuit, ſæpe paternos colores interſeruerunt, ſæpe rerum gemitarum numerum auxerunt, ſæpe minuerunt, aliena gemitamina, materna & haereditaria ſepiſſime interſeruerunt, interdum defertis integris insignibus novis gaviliſi ſunt, quemadmodum in una gente mutationum omnium exempla profert. Belgi in hiſce discerniculis ac curatissimi exiſtunt, & mirandas eorum ſubtilitates Chryſtin. in *aureo. ſuo tr. art. 5. §. 10.* deſcriptis ac depinxit: vid. omnino Thomas Rouck in den nederlantſchen *Herault. cap. 6. n. 49.* ubi plurima exempla. Ipsi primo geniti vivente adhuc patre in toto Belgio tigillum seu lambellum gerunt, quod in Sigillis etiam, quae Heineccius libro ſuo de Sigillis adjectit Tab. XI. n. 11. inveni, in ſigillo nempe S. Roberti primogeniti Comitis Flandriæ, in quo ipſe preſentatur equo inſidens generoflo, tegumentisque, in quibus Leo Flandricus, ſed cum tigillo appetat, veftitus, ſinistra tenens ſcutum iisdem inſignibus exornatum, dextra vero, cuius in humero itidem Leo appetat gladium catena allegatum. Secundo genitus patre mortuo gerit lunulam crescentem, tertio merulam ſeu aftericum, & ſequentes merulam, anulum aut lilium adhibent; primogeniti vero horum ſecundo genitorum retinent has notas, & ſecundo geniti alias adjiciunt, quas Galli ſous brisures vocant, Thomas de Rouk al. 4. p. 335. ubi figuram habet; apud hos vero lilia ut discernicula non permittuntur ob regiorum inſignium venerationem.

L 3

Spen.

Spes. P. I. c. 8. §. 27. imo etiam si a Rege familiae gerenda dantur lilia, plerumque signum imminutionis adjicitur, testante id Menetrier dans la Sciance de la Noblesse dans la preface sur les Armoiries de Monseigneur le Duc de Bourgogne n. 4. Les trois fleurs de lis sont tellement les armoiries du Roiaume affectées au Roi, enl, que les concessions, qu' on en à faites, n'ont jamais été des armes pleines en un Ecusson. Concessio familiae Mediceæ est in pila cœrulea, sur un tourteau, ista familiae Atestinæ sive estensis est cum margine auro & minio denticulato, avec la bordure endenteé. Hospitalii Duces de Vitry lillum in parvo quodam scuto gestant. Julius Cæsar de Beatiano in suo Heraldico Mercurio in Italia optimo & accuratissimo scripto heraldico de sua testatur familia, distinctionis ergo adjectos esse bacillos duos aureos decussatos. Quod si plura lilia conceduntur, plerumque ponuntur en bande, en fasce en pal, ou en chef & avec d'autre pieces. Abbatia St. Dionysii, de S. Denis inter lilia clavum passionis ponit, met un clou de la passion entre les fleurs de lis, personæ Ecclesiasticae cruce pedo aut decussæ distinguunt. Olim usitatus etiam mos erat frangendi insignia, ita ut minores natu aliquam partem in scuto omiserint, aut aliter posuerint, aut colores mutaverint, usitissimus vero & maxime receptus mos, ut ait Christyn. al. I. semper erat, quod natu maximus arma plana & sine fractiōnis nota circum ferret, reliqui vero nota augerent, hinc natum notumque proverbium, qui porte le moins, est le plus, qui mos etiam in Gallia invaluit & adhuc viget. Secundo genitus adit tigillum, seu lambel, lemniscum Tournier-Kragen, tertius marginem simplicem, seu bordure, quem Menetrier al. I. p. 371. elegantissimum omnium credit, & sepiissime etiam variari scribit Baillot. voce brisure, vel etiam balthicum une bande, aut filet, aut cotise, aut baston. vid. §. 7. quartus limbum intercisum seu variatum. vid. Spell. Apiol. p. 106. Reliqui descend-

scendentes horum primo & secundo genitorum iterum has varia-
re solent ; hinc borduræ seu fimbriæ sunt vel planæ vel ingrada-
tæ , vel talentatae , pulveri zatae , scaccatae , gobonatae , quas
species explicat & figuris illustrat Nicol. Upton. de Milit. Off.
L. 4. p. 238. & Joh. de Bado Aureo ex edit. Bissæor. sic etiam
dicit Paillot. *les bordures sont chargées, endentées, engreslées*
par les puissances des puissances étant obligé de porter des armes
brisées de leurs aînes pour y mettre de la distinction. Tigillum
etiam variebatur, nam si lambel simpliciter dicitur, intelligitur
cum tribus segmentis à trois pendans , quod si vero plures ad-
sunt, hoc quod est signum secundo genitorum secundo genito-
rum, illud exprimi debet, e. g. au Lambel de quatre pendans
ou de quatre pieces, vid. has subtilitates vix observatas in Pail-
lot. *voce brisures*, quem multa Germanie insignia falsè deline-
asse est , quod hic ex Wagenseilii commentatione Reip. Nor-
moneam. conf. etiam Trier. al. l. 18. p. 171. qui dicit : *vor*
Zeiten solleu die Söhne dergleichen Tournier-Kragen über den
Helm an den Hals getragen, und sich von denen Vätern un-
terschieden haben; que origo lemniscorum Menetrierio quoque
placuit, qui dans la science de la Noblesse voce lambel *lambeaux*
scrivit, *etoient anciennement des rubans en forme de guillet-*
res, que les jeunes gens portoient au cou, comme on y porte
maintenant des cravates, les rubans s'attachoient au cou du he-
arme, ce qu'il serroit à distinguer les enfens de leurs peres,
parcequ'il n'y avoit que les jeunes gens, qui n'etoient pas
encore mariez, qui les portassent, dont est venu l'usage d'en
faire les brisures & les marques de distinction. *Les étran-*
gers, qui n'ont pas en cet usage, lui ont donné divers noms.
Les Italiens l'ont nommé rastello ratteau, quelques Allemands
brücken, ponts. In Domo Regia Francica speciales annotan-
dæ sunt principum sanguinis notæ. Soli Regi Galliæ, ceu soli
Imperatori aquila biceps competit, vindicatur jus portandi ar-

ma

ma Gallica plena, ita ut vetustissimis temporibus Principes fan-
guinis nil de insignibus Francicis gestaverint, sed modo arma
appanagiatus gesserint, postea portarunt quidem lilia, sed non
numero ternario, sed indistincte, se mé de fleurs des lis, excepto
hæreditario principe, qui lambellum addebat, ceu etiam In-
fans Hispaniæ, Infans Portugalliax, princeps de Piemont, pri-
mogenitus Sabaudicus lemniscis sua exornant arma; deinde ra-
tione insignium principis hæreditarii omiserunt lambellum,
quoniam adjectio armorum Delphinatus loco discerniculi est,
l'ecartelure des Armoiries de Daufiné à fait une différence no-
table, sed retinuerunt lemniscum domus Aurelianensis & Ande-
gavensis, variae ex his ortum trahentes familiae varie iterum
distinxerunt arma vid. Spen. Op. Herald. T. VI. Optime vero
& exacte secundum regulas artis Heraldicae proposuit Menetrier,
dans la science de la Noblesse dans la preface sur les Armoiries
de Duc de Bourgogne. Filius Delphini primogenitus vocatur le
Duc de Bourgogne, gestat arma Francica & Burgundica ecarte-
telés de France & de Bourgogne, quamvis, si rigorem legum
heraldicarum sequi vellemus, portare deberet ecartelé contre e
cartelé de France, de Daufine, & de Bourgogne, & hæc quidem
arma Burgundica sunt balthi dextri aurei & cœrulei cum bor-
dura ex minio composita, quia illa arma Burgundica, nempe
scutum liliatum, cum limbo ex quadris argenteis, & rubeis, e
la bordure componeé proprie non sunt arma Burgundica, nee
unquam etiam fuerunt, sed sunt arma Johannis Ducis Burgundi-
ci Comitis de Nevers filii Philippi le Hardi dicti filii Regis
Johannis, qui vivente adhuc patre distinxit arma cum limbo ex
quadris argenteis & rubeis, componeé d'argent & de gueules,
quæ armaria posteritas retinuit.

S. IX. Perspeximus igitur hucusque pro regionibus
varii varia discernicula, quæ etiam hodie ad huc variant ita ta-
men ut juxta Heraldicorum opinionem ad certa reduci possint
genera

genera, & primogenito plana ac integra maneant arma, ceu
versus elegantes, quos habet Menetrier dans la science de la No-
blessé p. 180. libro & charo & raro, qui artis Heraldicæ to-
tam ferme comprehendunt scientiam, ultimi indicant, quod
compendium poëmaticum apponere mihi placuit.

Le blason composé de differens emaux

*N'a que quatre couleurs, 2. panes, 2. metaux.
Et les marques d'honneur, qui suivent la naissance
Distinguent la noblesse & font sa récompense.
Or, argent, sable, azur, gueules, sinople, vair,
Hermine, au naturel & la couleur de chair,
Chef, pal, bande, sautoir, face, barre, bordure,
Chevron, pairle, orle & croix de diverse figure,
Et plusieurs autres corps nous peignent la valeur,
Sans metal sur metal, ni couleur sur couleur,
Soupport, cimiers, bourlet, cri de guerre, devise,
Colliers, manteaux, bonnet & marques de l'Eglise,
Sont de l'art de Blason les pompeux ornements,
Dont les corps sont tirés de tous les Elemenrs,
Les astres, les rochers, fruits, arbres & plantes
Et tous les animaux de formes différentes
Servent à distinguer le fiefs & les maisons,
Et des Communautés composent les Blasons.
De leurs termes précis énoncerez les figures
Selon quelles auront de diverses postures,
Le Blason plein échoit en partage à l'ainé
Tout autre doit briser, comme il est ordonné.*

Novem discerniculorum plerumque numerantur genera; muta-
tio metalli & colorum, mutatio situationis partium, omissio ali-
cujus illarum partium, diminutio numeri illarum, novæ partis
accretio, numeri partitio sive ecartulures, mutatio formæ figu-
rarum, mutati Cimmerii. Menetr. l'art. du Blas. c. 112. p.

351. Chryſtin. art. 5. in auctuar. ſ. 2. Spen. P. I. c. 8. qui ſolummodo quatuor modos principales diſcerniculorum reſenſet, nempe variationem colorum, omissionem figurarum ſcuti, additionem alliarum notarum, alterationem ipsius figuræ ſ. ve-ro 31. ejusd. cap. dicit, ſe adhuc ſpeciale quid inveniſſe, aliquem in familiâ Burgundica quatuor angulos abſcidiffe, ut in reliquo rhombo Burgundica paterna reſtarent inſignia, quod eſclopé vo-cant, ſed enim vero hoc eſt exemplum Philippi Burgundici Do-minii de Sommerdick, Philippi Boni Ducis Burgundici filii na-turalis, vid. Baillot voce: eſclopé, & eſclopé quod alias in gene-re prædicatur de partitione, cuius una species quaſi rupta ap-paret, ut ſignum illegitimitatis ponit Schohier cap. 11. de l'Etat & comportement des Armes. Ad hæc genera omnes diſcerniculorum species reſerri poſſunt, que in ſcutis poſt geni-torum occurruunt: nam quod filias attinet, illis integra ſemper portandi arma facultas confeſſa, quoniam illæ plerūmque in forma rhombi en Lozange ſua geſtant inſignia, qui rhombus ſpe-cies eſt diſcerniculi, eo magis, quum ſcenimæ ab omnibus ferme feudis etiam ſint excluſæ; hoc, quod in Gallia obſervatur, non vero in Germania, licet Philib. Campanile cap. 5. p. 11. proprium illorum eſſe dicat: vid. Spen. p. 1. cap. 3. ſ. 23. Arma ſcenim-arum jam matrimonio junctorum, juncta cum ſint armis ma-ritorum & per medium partita, antiquo more ſic ſe ſati diſtinguunt, ut aliud diſcerniculi opus non habeant, vid exempla illuſtri-um in Spen. P. G. Tab. 2. ſingulare exemplum refert Menetrier ſcience de la Noblesſe dans la preface, quod Auna Francica filia Regis Ludovici XI. uxor Petri de Bourbon geſtaverit in rhom-bo ſua & mariti inſignia, ſculo in medio diſiſo, & ut ejusdem verbiſ utar la cotiſe de Bourbon paſſe ſur une fleur de lis, & ſur la moitié de celle d'embas. Vidiuæ cum virginibus ea-dem geſtant arma, nempe en Lozange, aut comme un double triangle, ſed aliam ad huc notam adjiciunt, nempe funi-culos

culos in aliquot nodos collectos & varie contortos, une cor-
deliere entrelacé avec des lacs d' amour , quibus scutum cir-
cumdant, pour temoigner, que la mort n' est pas capable de
denouer le lien de leur Affection , ceu ait Wagenseil. *des prin-
cipes du Blason. parag. VII.* Originem derivant ab Anna Britan-
nica Caroli VIII. uxore, quæ mortuo Rege , cingulo quodam
argenteo usæ est, quo corpus circumdedit, & omnibus matro-
nis illam visitantibus tale cingulum donavit , hinc quasi ordo
viduarum iustitus, & postmodum etiam insignia hoc cingulo
ornari coepta. Varenne *Roi d' Armes p. 4. p. 600.* Paillot. *l'in-
dice armorial. p. 91.* sed Matthieu Gallus, quem allegat Pail-
lot, majorem attatem hisce ornamenti afferit, & antiquiora
etiam talia scuta exhibet, quibus subiuncta verba, corp delié, ex
quibus probare annuitur, non cordelier dici quasi funes, sed quod
sit corp delié. Optime respondet vero Paillot, exempla
scutorum esse tantum emblemata , hinc etiam adjecta verba
corp delié, quum ipsa res quoque refragetur, quia laqueos
amoris in funiculis invenimus, ut signent amorem perpetuum
& nunquam dissolvendum, sed si a corp delié derivamus, amo-
rem dissolutum significat. Virgines & uxores interdum etiam
floribus lauro vel palma circumdare scuta scribit Spen. *P. I.
cap. 7. §. 62.* Wagenseil. *al. I. parag. 7.* Christyn. *art. 1. §.
90.* Virgines etiam dextrum scuti latus vacuum portant,
quod Galli la table d' attente vocant, quod illas adhuc innu-
ptas indicat. René Francois *al. tr. c. 32. p. m. 375.* In Germania
viduæ hunc laqueum haud ad hibent, sed in Spangenberg's *Henne-
bergischen Chronic* inveni insignia principissæ Sophie Ducissæ
Brunsvicensis Comitissæ Hennebergensis viduæ, quæ sic disposita,
ut armis Brunsvicensibus parvula Hennebergica sit super imposita.
De hisce discerniculis quæstio adhuc oritur, num & in his regu-
la, il ne faut pas mettre metal sur metal, ni couleur sur cou-
leur sit observanda ? primo præsupponendum est, quod omnia

discernicula proprie modo existere debeant in ipsis armis non in ornementis, ut etiam Menetrier al. præf. differentiam ex diversitate coronarum sumtam in familia regia rejiciat, hinc bene Spener. al. supr. inter genera discerniculorum cimmeriorum variationem omisit; & ideo hæc regula valere videretur, cum ipsa arma concernat, sed discernicula non pertinent ad figuræ scuti, sed fioæ sunt adjectæ, quæ speciale quid consti-tuant, hinc exemplum in Burbonis & in multis aliis invenimus, & quoad nostros Germanos scimus hanc regulam etiam non observari in ornamentis galearum, circa quæ plura occurunt discernicula. Et ut hoc pluribus demonstremus, charæ nostræ patriæ mores in distinguendis armis scrutabimur. Menetrier dans la pratique des Armoiries p. 389. de illis sic lo-quitur; *en Allemagne les branches d'une famille ne se distinguent, que par les cimmiers différents, id quod etiam verum est, & licet hunc in finem non fuerint inventa, attamen diversitatem linearum ornamenta apud nos indicare Nostrates etiam fatentur, vid. Spen. P. I. c. 28. §. 32.* Sed si dicendum quod res est, perspectis omnibus exemplis, ex quibus nostrum studium Heraldicum perficere cogimur, nulla propria sunt Germanis discernicula, nam tota olim hereditas inter eos dividebatur, ut quot liberi, tot portiones conficerentur, & post nati eadem acciperent, quæ primo nati, quum ipsis ignoti erunt sic dicti cadets, incognita erat primogenitura, ceu etiam peregrinam successionem appellat Aventinus, & nostris demum temporibus in plurimis regionibus introducta est. Has etiam ob causas Christyn. al. l. 15. in Germania, ait, omnes eadem cum primogenito insignia gestare, nisi quod Principes Electores Seculares insignia Archiofficiatus clypeis Electoralibus insculpta habeant, & Trier in der Einleitung zur Wappen-Kunst c. 9. in Teutschland, dicit, findet man wenig Exempel, allwo ohn-eracht das Recht der Erft-Geburt in denen meisten Fürstlichen auch

auch verschiedenen andern familien eingeführet, uwerden dannoch die abgetheilten Linien das völlige Wappen ohne Beyzeichen führen. Sed nihilominus omnia Principum Imperii & linearum arma a se distincta videmus, & quidem quod Electoratus attinet, Electores Imperii signa addunt officiatus, quæ reliqui illius linea omittunt, & parvulam etiam specialem quandam addunt Regalien-Schild, quod plerumque diapræ pingitur, in ornamentis galearum etiam differentiam invenimus in domo saxonica vid. Spener. P. S. proleg. sap. 2. f. 5. Hac specie comparet Saxoniæ Ducum reliquorum διατύπωσις. Elector enim pileum hunc inter cornua ex nigro & argento variegata, atque eorundem colorum vexillis propendentibus utrinque quinvis ornatum gestat, quod ex officio Mareschalli Electorio provenire putat, & in reliquis Principum Saxoniæ scutis haud invenitur, vid. P. S. Tab. prelim. Subofficiales Electorum etiam insignia officiatus gerunt in armis, & hoc toti familiae gestare permisum. vid. insignia sub officialium in Spener quamvis Senior familiae officio modo fungatur, & olim in familia Pappenheimensium comitum aliter fuerit, ceu verba sonant des Vertrags der Marschall von Pappenheim, quæ habet Hundius Beyrischen Staamm-Baum P. II. MS. p. 137. Iezlich so viel das Wappen beyder obgedachter Linien der Erb-Marschalcken zu und von Pappenheim anlangt, obwohlen in zu Dresden gepflogener Handlung abgeredt uworden, daß zu Vermerckung eines Unterschieds zwischen dem Aeltesten zu Pappenheim; so jederzeit das Amt verwaltet, und denen andern seinen Vetttern allein der älteste Herr Fahnen auf den Helm, und darinnen die Churfürstlichen Schwerdtter übereinander geschränkt aufrecht führen, und brauchen möge, die zweit aber: so soll kein Unterschied des Wappens zwischen dem Aeltesten, und andern Erb-Marschalcken zu Pappenheim gehalten uwerden, sondern alle die, so derselbs

M 3

Linie

linie sind, einerley Wappen mit zweyen aufgerichten Fahnen und darüber die Churfürstlichen Schwerter übereinander geschrackt zu führen und zugebrauchen haben, die Erb-Marschalck von Pappenheim aber sollen zum Unterschied bey der Linien oben auf dem Helm nur eine Fahne, und dann im Schild die Churfürstlichen geschrackte Schwerter führen. vid. Spen. P. S. L. 2. c. 117. §. 5. & 7. In aliis familiis Principum in hisce differentiam invenimus, quod aliarum regionum terras adjiciant, vel dispositionem parmularum mutent, ceu in insignibus Casselanae & Badensis Domus id satis clare observari potest. In insignibus nobilium Imperii Germanici multa etiam discernicula inveniuntur, in primis in nobilibus Alsatia, qui Rheno accolentes mores Gallorum ob proximitatem imitati sunt; pleraque tamen signa, quæ adhibuerunt nobiles Germanici, & de quibus multa exempla sum prolaturus, non immunitones sunt, quam una eademque filiorum fuerit conditione, sed modo mutations familiarum consensu assumtae, ut invicem a se dignoscerentur, ideo ait Spangenberg in der Henebergischen Chronic p. 31. es ist zwar auch nicht ungewöhnlich bey denen Alten Teutschen gewesen, daß sich Junkern und Herrn, wann sie sich getheilt auch unterschiedlichen Wappen an sich genommen, & im Adels-Spiegel P. I. L. 12. c. 30. p. 312. Wann ein Stamm oder Geschlecht sich weit ausgebreitet, und die Nachkommen andere Herrschaften und Nahmen bekommen, hat man vorwähn denenselben allen das väterliche Wappen gelassen, aber doch zum Unterscheid zwischen ihnen und dem Erb-Stamm ihnen etwann eine Binde oder Straßen durch das Wappen gegeben. Spen. P. S. L. 3. c. 45. n. 3. ubi tesseram originariam Leiningensem tractat, quæ est scutum cœruleum, tres argenteas aquilas imminentes desuper ponticulo rubeo deferens & dicit, quæ hujus fasciæ ratio nec ipsa familia satis cadet, inde

de aliqua allegant, que honori stirpis potius officerent, quam prodeissent, si conjectura locus est, ex artis regulis crediderim; inter Friderici filios Fridericum & Fosfridum ita constitutum esse, ut minor natu discerniculum hoc assumeret, nam ex exemplis patet, germanis veteribus imprimis in cis Rhenis Gra seu Gallica morem illum discernitorum per Lasinios non fuisse ignotum; & haec discernicula etiam extincta prima familia sunt retenta, ut figuram quasi propriam constituant. Lambellum Lemniscum in plurimis familias Rhenanis reperimus. Familia de Blumenau eadem arma cum familia de Kagenbeck gesit, sed addita ut ait Herzog in Chiron. Alsat. L. 6. p. 210. in der Mitte eine blaue Brücke sive Lambel. Id. Herzog p. 165. dicit, die Engelbrecht führen ein geviertheils Wappen, wie die von Lamperten, darinnen aber eine blaue Brücke, de quo non dubitandum, discerniculum fuisse; adjectus lambellus in insignibus comitum de Zanis familiae Italicæ obilia insignia regia apposita fuisse augor. vid. Spen. P. 5. L. 2. c. 14. Comites de Manderscheid gestant Leonem nigrum in Laterculo aureo, incumbente superiori corporis parti fascicula quadrisida rubea, quain discerniculum fuisse putat Spen. P. 5. L. 5. c. 49. §. 6. in ejusdem familie linea Blanckenheimeri invenitur laterculas cœruleus aureis liliis sparsus, impresso leone argenteo, cuius capiti superaddita fasciola quadrisida coccinea, non pectori incumbit, ceu recenset Spen. P. 5. L. 1. c. 40. § 17. haec insignia cum sint Baroniae Junckerat, quæ ad Sleidensem hereditatem pertinebat, & haec hereditas cum armis, nempe leone argenteo, in laterculo cœruleo ad Comites de Manderscheid pervenerit, suspicandum est, hunc Lemniscum discerniculum & stellas etiam constituere, quod infamilia Sleidensem fuerit adhibitum, vid. Spen. al. l. in Fuggers Ehren-Spiegel des Hauses Oesterreich c. 7. L. 2. p. 222. inveni insignia comitis Bipontini einen silbern Löwen in goldenen Feld mit einer silber-

nen Brucken, sed quid haec importent insignia, allis dijudicandum relinquo, quum in Herzogs *Elſſische Chronic.* c. 5. p. 36. aliter iterum disposita invenerim, nempe *ein rothen Lövu mit blauen Zungen und Klauen, dadurch eine blaue Bruck im gelben Feld & alias insignia Bipontina esse Leonem coccineum cum lingua & falculis cœruleis in aureo scuto ex Spen. P. 5. L. 2. n. 41. ſ. 9.* patet, defuper etiam haec insignia contra regulam Heraldicam, il ne faut pas mettre metal sur metal impingunt, niſi velimus ad arma quæſtionis, armes en enquérir referre. Exemplum borduræ ſeu bordure præter allegatum illud a Spenero *P. I. c. 8.* nobilium de Flehingen & Sickingen inveni in familia de Neuenſtein vid. Herzog. *L. 6. p. 267.* ubi quædam lineæ ornementa mutarunt, quædam ſcutum bordura ornaverunt, & quidem striata, une bordure composee. Principes de Fürſtenberg portant aquilam cum limbo ſeu margine bordure & de hoc dicit Spen. *P. S. L. 3. c. 19. ſ. 4.* *Limbus ille videtur discerniculum fuſſe, quorum uſus, qui nunc plane exolevit, germanis haud fuit ignotus, ex hoc colligas inter fratres, ubi linearum divergium factum eſt, eum maiorem fuſſe, quo Friburgenses, minorem; quo Furſtenbergii orti fuere.* Multæ etiam lineæ unius domus variegatam figuram licet uno in ſcuto gerebant vid. Spangenberg. in *Adels-Spiegel* *p. 2. l. 12. c. 31.* oder haben iſnen die Wappen ſonſt verändert, wie die von München, die alle einen München führen aber verändert. Comitum de Abensperg, quos a comitibus Schierenibus derivant, arma modo ratione figure differunt, ut & Baronum de Ilſungen, vid. Spen. *L. 2. c. 45. it. L. 3. c. 27. ſ. 47.* Differentias in familia comitum de Hohenloh vid. etiam in Spen. *L. 1. c. 42. ſ. 2.* Paillot dans l' indice Armorial voce: Seme: mentionem injicit Anglicæ familæ de Sarebruche, cuius inſigne gentilitium eſt, in area cœrulea cruciculis brachiatis atque ſpiculatis aureis c leo argenteus, quod cum familia

